ANALECTA SOPHOCLEA ET EURIPIDEA EDIDIT FRID. GUIL. SCHMIDT

Wilhelm Friedrich Schmidt

ANALECTA

SOPHOCLEA ET EURIPIDEA

EDIDIT

FRID. GUIL. SCHMIDT

PHIL. DR

PROSTAT STRELITZIAE NOVAE IN LIBR. THEOPH. BARNEWITZ.

1864

ANALECTA
SOPHOCLEA ET EURIPIDEA

EDIDIT

FRID. GUIL. SCHMIDT
PHIL. DR

PROSTAT STRELITZIAE NOVAE IN LIBR. THEOPH. BARNEWITZ.
1864.

VIRO

AMPLISSIMO ILLUSTRISSIMO

L. WIESE

DR. PH. AUG. REG. BOR. IN SUMMO RERUM ECCLES. ET SCHOL. MINISTERIO AB INTIMIS CONSILIIS

HUNC LIBELLUM

TESTEM ESSE VULT

PIETATIS ANIMI AC VENERATIONIS

FR. S.

Ut ad Te quidem, Vir Illustrissime, hunc libellum mitterem, memoria me movit magnorum quae in me contulisti beneficiorum: quae quamquam tanta sunt, ut neque verborum ornatu satis digne praedicari possint, neque libelli tenuitate compensari, tamen cum hoc me semper teneret desiderium significandi, quam magni Te haberem, quamque grata prosequerer memoria singularia Tua beneficia, ea Tibi ipsi putavi accepta fore, in quibus non sine delectatione animi elaborassem. Cum vero nihil fere magis in deliciis habeam tragnediis Sophocleis, quarum studium incensum nlim disciplina Portensi deposui numquam, sed uti adolescenti olim sic nunc dulce mihi est oblectamentum: quae subsicivis ut aiunt operis de Sophocleis potissimum locis et Euripideis commentatus sum, libello boc statui comprehendere. Atque quamquam non adspiro equidem neque ingenio neque doctrina ad summorum virorum laudem, qui in tragicis poetis explicandis emendandisque operam suam et collocarunt et collocant hodie: tamen quae lectione identidem repetita usuque

prope cotidiano invenisse mihi videor, non indigna certe illa studii alacritate confido futura esse atque aliquem fructum ad Sophocleae et Euripideae orationis emendationem ex mea opera esse redundaturum, quem fructum ipse capiam laetissimum, si Tu quidem Vir Illustrissime non me perdidisse operam existimaveris. Vale mihique favere perge.

Scr. Strelitiae Novae mense Iunio anni MDCCCLXIV.

Oedipum Coloneum Meinekius edidit cum aliis ductus causis tum eo consilio, ut plurimorum, qui hodie Sophoclis tragoediis operam darent emendandis, effrenatam reprimeret in transmutandis poetae verbis audaciam. Quod si consideramus, quae ipse vir doctissimus et de hac tragoedia et de ceteris in Analectis disputavit, incertum sane est, num idonea ea ad constringendam coniectandi licentiam esse videantur, hoc vero constat, studium emendandi non mediocriter eum excitasse. Haud pauca enim cum docte defenderit, satis multa, quae indigere viderentur emendationis, qua excellit ingenii acie doctrinaeque copia, ipse indagavit, nonnulla reliquit partim non satis expedita partim admodum incerta ac dubia. In quibus tametsi complura sunt ita depravata, ut in nostra meliorum librorum inopia umquam ad sanitatem ea revocari posse desperandum sane sit: inveniuntur tamen quae homines divini poetae studiosos nescio quo pacto incitent atque alliciant ad periclitandum. Ex hoc autem studio profecta sunt quae hoc libello de *Sophocle* conscribere animum induxi, quibus adiungam *Euripidea*, excitatus Nauckii potissimum studiis admodum fructuosis. Is enim cum plurima egregie emendavit quaque est lectionis copia docte illustravit, tum quae vitiosa essent indagavit sagaciter, ut licet interdum de coniecturae veritate subdubites. admirari tamen et ingenii sol-

lertiam et iudicii elegantiam debeas. Ut intellegat autem ipse Meinekius, non frustra se *ἄνδρας Σοφοκλείους* admonuisse, ut religiose tuerentur potius quae memoria librorum tradita essent, quam destruerent cupidius, ita de Sophocle exordiar disputare, ut defendere studeam nonnulla, quae sine causa lacessivisse ipse vir summus atque impugnasse videatur. Atque primum quidem

Ai. 99:

τεθνᾶσιν ἄνδρες, ὡς τὸ σὸν ξυνῆχ' ἐγώ,

haudquaquam necessaria est quam Meinekius Anal. Soph. p. 275 probabilem habet coniectura: *ὡς τὸ σὸν ξυνῆχ' ἔπος*. Non solum enim hominis *causam, rationes, fortunam* haec pronomina verum etiam orationem alterius interdum significant; cf. Hom. Il. I, 526: *οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅ τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.* Aesch. Agam. 550: *ᾧ νῦν τὸ σὸν δὴ καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις.* Plat. Sophist. p. 233. B.: *δῆλον γάρ, ὡς εἰ μήτε ἀντέλεγον ὀρθῶς μήτε ἐκείνοις ἐφαίνοντο, φαινόμενοί τε εἰ μηδὲν αὖ μᾶλλον ἐδόκουν διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν εἶναι φρόνιμοι, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, σχολῇ ποτ' ἂν αὐτοῖς τις χρήματα διδοὺς ἤθελεν ἂν τούτων αὐτῶν μαθητὴς γίγνεσθαι.* cf. Stallbaum ad h. l. Atque etiam Soph. Ai. 1401: *εἰ δὲ μή ἐστι σοὶ φίλον πράσσειν τάδ' ἡμᾶς, εἴμ', ἐπαινέσας τὸ σόν*, recte videmur intellegere: quod tu sentis. Non secus Eur. Iph. Aul. 810: *τοὐμὸν μὲν οὖν δίκαιον ἐμὲ λέγειν χρεών.* 1167: *λέξον, τί φήσεις; ἢ 'μὲ χρὴ λέγειν τὰ σά.* Item animi sensus exprimitur Eur. Ion. 1462: *τοὐμὸν λέγουσα καὶ τὸ σὸν κοινῶς λέγεις.* Similiter Latini, ut Plaut. Trin II, 4, 44: *et mihi sententia eadem st, et volo. Le. haud nosco tuum.* Cic. ad Att. VIII, 7, 2: *Quod enim tu meum laudas, et memorandum dicis, malle quod* dixerim *me cum Pompeio vinci quam cum istis vincere, ego vero malo* Tetigit hanc rem Geel. ad Eur. Phoen. 477. p. 123.

Deinde El. 968:

πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω
θανόντος οἴσει τοῦ κασιγνήτου θ' ἅμα

non nego si scriptum exstaret: *κάτω κεύθοντος* ut Oed. R. 968, vel *κάτω ναίοντος* ut El. 1166, neminem hoc non esse probaturum. Sed non video iustam causam, cur ea quae poeta scripsit, Meinekius Anal. p. 264 sq. Sophocle indigna habeat. Electra enim quoniam hoc cum maxime agit, ut sororem de officio ac pietate in patrem mortuum admoneat, gravitate quadam orationis consulto quaesita commoratur quasi in mortui memoria, ut sororis animo haec penitus infigatur. Apud Sophoclem certe vehementer cavendum est, ne exquisitae ubertatis exempla coniecturis inconsideratius tollantur. Quid enim? putasne omnia haec poeta indigna: Trach. 1161: *Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ.* Ai. 517: *Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.* Oed. Col. 1576: *νερτέρας νεκρῶν πλάκας.* 1563: *τὰν παγκευθῆ κάτω νεκρῶν πλάκα.* Ant. 197: *ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς.* cf. *de ubert. orat. Soph.* P. II. p. 1 sq. Similia haec sunt Euripidia: Ion. 1441: *ὃν κατὰ γᾶς ἐνέρων χθόνιον μετὰ Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν.* Orest. 674: *τὸν κατὰ χθονὸς θανόντ' ἀκούειν τάδε δόκει.* —

Oed. R. 658:

εὖ νυν ἐπίστω, ταῦθ' ὅταν ζητῇς, ἐμοὶ
ζητῶν ὄλεθρον ἢ φυγὴν ἐκ τῆσδε γῆς.

Haec cum Oedipus choro respondeat, „qui ab illo precatus erat, ut ne incertis de Creonte suspitionibus indulgeret," Meinekius Anal. p. 234. existimat scribendum esse: *ταῦθ' ὅταν χρῄζῃς κτλ.*; *ζητεῖν* enim *„poscendi vel petendi sensu ab Atticorum usu alienum esse."* At ne dicam infringi hac coniectura vim sententiae, quae posita imprimis est in eiusdem verbi repetitione: ne opus quidem videtur esse pre-

candi vim invito verbo tribuere. Immo hoc Oedipus dicit: *tu scito, haec si expetas, sequaris (erstrebst), expetere te meam perniciem*; cf. Eur. Alc. 203: *καὶ μὴ προδοῦναι λίσσεται, τἀμήχανα ζητῶν.* Orest. 679: *εἴρηκα κἀπή-τηκα τὴν σωτηρίαν, θηρῶν δ' πάντες κοὐκ ἐγὼ ζητῶ μόνος.* El. 1075: *ἤν τι μὴ ζητῇ κακόν.*

In iniuriarum quas ab Atridis et Ulixe acceperit narratione cum commemoraverit, quam crudeliter ipse in desertam insulam eiectus fuerit, Philoctetes animi quodam affectu Neoptolemum appellat

Phil. 276:

σὺ δή, τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς,
αὐτῶν βεβώτων, ἐξ ὕπνου στῆναι τότε;

in quibus hoc male affecit Meinekii (Anal. p. 313.) iudicium, quod *σὺ δή* in initio enuntiati positum esset: ac putat ille, ita subveniendum esse isti incommodo, ut scribatur:

ποίαν, σὺ δή, τέκνον μ' ἀνάστασιν δοκεῖς,

aut *ποίαν, τέκνον, σὺ δή μ' ἀνάστασιν δοκεῖς, κτλ.*

At ut non dicam de audacia mutationis, postpositae *σὺ δή* voculae mirum quantum languent. Multo probabilior certe foret levior haec verborum mutatio:

σὺ δ', ὦ τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς, κτλ.

H enim et *Ω* sexcenties permixta. Nec repugnaret ipsi sententiae rationi haec appellandi forma, qua nihil est frequentius, ut Eur. Iph. Aul. 613. Alc. 312. Phoen. 337. cf. Alc. 1061. Hel. 1028. 1436. El. 598. Med. 990. Aesch. Pers. 832. Fragm. adesp. 7 et 463. Atque idem scribendum videtur Eur. Herc. fur. 626: *σὺ δ' ὦ γύναι μοι σύλλογον ψυχῆς λαβὲ κτλ.* pro *σύ τ' ὦ γύναι.* Nihilo minus in Philoctetae quidem oratione omni malo abstinere mutatione, cum *σὺ δή* per se nihil habeat inepti, nec desint eiusdem collocationis exempla: cf.

Ant. 441: σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα,
φῄς κτλ.

Eur. Hipp. 948: σὺ δὴ θεοῖσιν ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ ξύνει;
et Andr. 324: σὺ δὴ στρατηγῶν λογάσιν Ἑλλήνων ποτὲ
Τροίαν ἀφείλου Πρίαμον, ὧδε φαῦλος ὤν;
Quamquam plura non inveni; nam quod Hel. 914 in *Nauckii* editione legitur: σὺ δὴ τὰ τοῦ θεοῦ καὶ τὰ τοῦ πατρὸς σκόπει, coniectura ille scripsit non satis certa.

Sed redeo ad **Oedipum Regem**, ubi redeuntem Delphis Creontem procul conspicatus Oedipus Apollinem appellat precatus, ut exspectatio ac desiderium expleatur v. 80:
ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
σωτῆρι βαίη λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι.
In qua Oedipi oratione hoc admiratur M. **Seyffert.** in *Mützelli Diar. rer. schol.* XVII. p. 587, procul cernentem fingi Oedipum vultus eius hilaritatem, quem postea demum dicat ξύμμετρον ὡς κλύειν (v. 84): requiri potius candidae vestis significationem, unde Oedipus coniecturam de secundo dei responso capiat, praesertim cum sacerdos regi respondeat v. 82:
ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς· οὐ γὰρ ἂν κάρα πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης. Atque his motus rationibus vir doctus ille coniecit scripsisse poetam:
εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
σωτῆρι βαίη λαμπρὸς ὥς γε σώματι.
At vereor, ne parum hac coniectura consuluerit elegantiae Sophocleae. Certe, si esset perversum ὄμματι, commodius emendares: λαμπρὸς ὥσπερ ΕΙΜΑΤΙ, quod vocabulum ipsis litteris nihilo fere differt ab ΟΜΜΑΤΙ, ac similibus locis commendatur magno opere, ut Eur. Iph. Aul. 73: ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ χρυσῷ τε λαμπρὸς βαρβάρῳ χλιδήματι cl. Tro. 992. Fragm. 689, 4: στολὴν ἰδόντι λαμπρός. Atque eodem vocabulo εἷμα ipse Sophocles usus est

Ai. 1145. Sed ne hac quidem opus est coniectura. Immo ex ipsis sacerdotis verbis hoc nisi fallor intellegitur, Oedipum ornatus vestisque nullam fecisse mentionem. Haec enim ita pronuntiantur, ut sacerdotis cognoscatur consilium significandi, etiam ornatu advenientis confirmari suspitionem Oedipi. Deinde *ὄμματι λαμπρός* non tam ipsorum *oculorum fulgorem* quam *hilaritatem* describit, quae e *vultu et ore* emineat: quam *vultus hilaritatem* procul sane atque prius licet cernere quam in sermonem decet ingredi cum homine adveniente. Accedit quod haud raro poetae tragici personas faciunt ex adspectu advenientium de nuntii natura coniectura iudicantes, ut Eur. Phoen. 1332 sqq.: *οἴμοι, τὸ μὲν σημεῖον εἰσορῶ τόδε, σκυθρωπὸν ὄμμα καὶ πρόσωπον ἀγγέλου στείχοντος κτλ.* Heracl. 381: *ὦ παῖ, τί μοι σύννοιαν ὄμμασιν φέρων ἥκεις;* Soph. Trach. 869: *ξύνες δὲ τήνδ', ὡς ἀηδὴς καὶ συνωφρυωμένη χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα σημαίνουσά τι.* Atque ut nihil omnino *Seyfferto* restet scrupuli, consideret velim vir doctissimus quae leguntur Oed. Col. 319 sqq. Antigona enim procul conspiciens mulierem quandam agnoscensque tandem Ismenam haec ait:

οὐκ ἔστιν ἄλλη· φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων
σαίνει με προσστείχουσα κτλ.,

quibus cum responderit Oedipus: *πῶς εἶπας, ὦ παῖ;* pergit illa: *παῖδα σήν, ἐμὴν δ' ὁρᾶν ὅμαιμον· αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν.* — Praeterea non alienum est conferre Arist. Equ. 550: *φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ.* Soph. Trach. 379: *ἦ κάρτα λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν.* Pind. Nem. VII. 66: *ἔν τε δαμόταις ὄμματι δέρκομαι λαμπρόν.* Item *λαμπρὸν ὄμμα* dicitur Arist. Eccles. 1.

Venio nunc ad Oed. R. 758 sqq.

οὐ δῆτ'· ἀφ' οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε καὶ κράτη
σέ τ' εἶδ' ἔχοντα Λάϊόν τ' ὀλωλότα,

760 ἐξικέτευσε τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγών,
ἀγρούς σφε πέμψαι κτλ.

Perversum enim esse videtur quod poeta hoc loco Iocastam facit de servo dicentem, qui, cum ipse nuntium de occiso Laio Thebas attulerit (cf. v. 123), redux in patriam non recte dici videatur tum demum *ἰδεῖν Λάιον ὀλωλότα*. Qua de causa Maur. Schmidt. nuper in *Diar. rer. schol. Austr.* XV. p. 26. coniecit scribendum esse: *Λάϊόν τ' ἐρριμμένον*. At primum quidem ita de exstincto marito loqui vix decet Iocastam. Deinde non credibilis est haec tanta veteris scripturae corruptio, ut *ὀλωλότα* ex *ἐρριμμένον* exstitisse putemus. Quod si iusta esset offensionis causa, multo sane foret probabilior suspitio, quae in libris legerentur: *καὶ κράτη*

σὲ ΤΕΙΔ ἔχοντα ΛΑΙΟ ΤΟΛΟΛΟΤΑ vitiose scripta esse pro *σὲ ΤΗΙΔ ἔχοντα ΛΑΙΟΘΡΟΝΟΝΟΡΑΙ* i. e.

σὲ τῇδ' ἔχοντα Λαΐου θρόνων ὁρᾷ

h. e. *ubi rediit viditque te hic obtinere Laii regnum*. De *θρόνων κράτη* autem cf. Ant. 166: *τοῦτο μὲν τὰ Λαΐου σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη*, et quae exposui *de ubert. orat. Sophocl. P. II.* p. 38, deque variatis temporibus Ant. 426 sq. El. 749 sq. Trach. 21. 259. Eur. Iph. Taur. 263 sq. Ion. 1209 sq. Porson. ad Eur. Hec. 21. G. Wolff. ad Soph. Ai. 31. Matthiae Gr. Gr. p. 1136. Sed librorum scripturam non temptandam coniecturis esse existimo. Cum summa enim sententiae contineatur verbis *καὶ κράτη σέ τ' εἶδ' ἔχοντα*, adiungit Iocasta *parataxi* quam dicunt orationis: *Λάιόν τ' ὀλωλότα*, quod debebat enuntiato secundario exprimere: *Λαΐου ὀλωλότος*, id quod saepius solet fieri; cf. Eur. Heracl. 132: *σὸν δὴ τὸ φράζειν ἐστὶ μὴ μέλλειν τ' ἐμοί*. Adiungit autem Iocasta idcirco, ut cum vi quadam orationis causam significet, qua maxime adductus servus fuerit, ut rori tum vitam degere mallet. Adductus est enim imprimis exstincti domini, cui totus deditus fuerat, desiderio

doloris pleno: nimirum mortuo illo nihil habere videbatur vita urbana delectationis.

Verum ad coniecturas ipse vocor. — Fieri solet saepenumero, ut quae affirmando pronuntiata sunt, negatione contrarii confirmentur eadem gravius, cuius consuetudinis et Lobeckius ad Aiac. p. 211 haud pauca attulit exempla et ipse plurima collegi *de ubert. orat. Soph.* P. II. p. 17. Atque in eodem genere numerari posse Hermannus putabat illud Tecmessae

Ai. 289:

> *τί τήνδ' ἄκλητος οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων*
> *κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν, οὔτε του κλύων*
> *σάλπιγγος;*

si quidem scriberetur: *ἄκλητος οὐδ' ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς κτλ.*; suo iure tamen repugnavit Lobeckius; nam ne unus quidem locus invenitur, qui cum Sophocleo hoc recte possit comparari. Atque quamquam copia quidem verborum cum mulieris consuetudini tum animi illius sollicitudini consentanea est, ut verear verbosiorem hunc sermonem indignum Sophocle iudicare: hoc tamen facile concedo, et nominis *ἄκλητος* explicationem quae eodem fiat verbo *κληθεὶς* admodum molestam esse, et ineptissimum illud: *οὔτε του κλύων σάλπιγγος.* Hanc autem offensionem Meinekius Anal p. 278 feliciter sustulit emendatione sua: *οὔτε που κλύων*, alteram vero non removit difficultatem. Proponens enim:

> *τί δῆτ' ἄκλητος, οὔθ' ὑπάγγελος*
> *ταύτην ἀφορμᾷς πεῖραν, κτλ.*

iusto violentius in sanando vulnere versatus est. Multo facilius nisi fallor omnis tollitur offensio, si quidem pro *ΑΚΛΗΤΟϹ* scripseris *ΑΚΑΙΡΟϹ*, quo adiectivo et **Aeschylus** usus est Prom. 1036: *ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται λέγειν*, et **Euripides.** ut Iph. Taur. 419: *γνώμα ἄκαι-*

ρος ὄλβου. Hel. 1081: *εἰς καιρὸν ἦλθε, τότε δ' ἄκαιρ' ἀπώλλυτο.* Quibus addo quod Euripidis putat *Wagner.* fr. 437: *ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.* —

Ai. 874:

> *δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε*
> *στένοντα πόντον·*

Quibus artibus interpretes huius loci scripturam *δεινῶν ἄημα πνευμάτων* defendere studuerint, ita notum est, ut pluribus de iis exponere non opus sit. Hoc vero constat, flatum tempestatis recte quidem dici conturbatum mare sedare, vehementium vero tempestatum via num idem apte dicatur efficere, magno opere dubito. Desideratur enim, uti sensit ipse Lobeckius in hac causa notio *residendi* atque desideratur hoc potissimum loco, cum antecedant verba *εἴκειν* (v. 687), *ἐκχωρεῖν* (v. 671), *ἐξίστασθαι* (v. 672). Quam ob rem ne Musgravii quidem coniectura: *λείων τ' ἄημα πνευμάτων,* quae vehementer arrisit Dindorfio, mihi placet, quamquam non mediocriter Vergiliano illo (Aen. V, 763): *placidi straverunt aequora venti* commendari videtur. Accedit optimi codicis La. et *Suidae* v. *ἄημα* testimonium, qui pariter ac Lips. b. a pr. m. habent *δεινόν*, unde si non multum at aliquid tamen dubitationis nasci consentaneum est, quae *scholiastae* et *Stobaei* (Floril. 44, 7) auctoritate non tollitur penitus. Nihil enim haec efficit nisi vitium illud esse vetustate quasi confirmatum. Quo quidem vitio oratio Sophoclea non liberatur Meinekii (Anal. p. 281) coniectura: *δίων τ' ἄημα πνευμάτων,* quippe qua frangatur vis sententiae, adiectivo apposito prope inani. Videtur potius *ΔΕΙΝΟΝ* natum esse ex *ΛΗΓΟΝ*, quod si scripseris, nihil erit in oratione quod vituperes:

> *λῆγόν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε*
> *στένοντα πόντον.*

cf. Pind. Pyth. IV, 292: *ἐν δὲ χρόνῳ μεταβολαὶ λήξαντος οὔρου ἱστίων.* Soph. Ai. 257: *λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς ᾄξας ὀξὺς νότος ὣς λήγει*, quocum loco contulerim quae *Cicero* dixit in Bruto §. 93: *motusque omnis animi tamquam ventus hominem defecerat.*

Postquam chorus de adventu nuntii, quem Teucer modo miserit, Tecmessam educit indicavitque, vehementer Aiacis fortuna se commovari, Tecmessa sic alloquitur Teucri ministrum

Aiac. 791:

οἴμοι, τί φής, ὤνθρωπε; μῶν ὀλώλαμεν;

quibus haec ille respondet:

792: *οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ' ὅτι,*
θυραῖος εἴπερ ἐστίν, οὐ θαρσῶ πέρι.

Nihil de his interpretes exposuerunt, existimantes credo, plana esse omnia atque manifesta. Unus Morstadtius nuper suspitionem movit cum diceret *(Beiträge zur Exegese und Kritik des Soph. Aias. Schaffh.* 1863. p. 14), eam quae vulgo statui videretur interpretationem: *Αἴαντος δὲ πέρι οἶδα, ὅτι οὐ θαρσῶ*, habere aliquid duri ac molesti; ac primum quidem quoniam in voce *οὐ θαρσῶ* audiendum esset: *περὶ Αἴαντος* — quod vero leve est — deinde quod inepta videretur circuitio illa: „*de Aiace hoc teneo, me timere de illo*," cum consentanea esset haec orationis brevitas: *περὶ Αἴαντος δὲ οὐ θαρσῶ.* Ac sensisse hanc molestiam videtur etiam Hartungius, qui, ut saepius fecit, eleganti quodam iudicio ductus aliter ac scripta sunt Graeca transtulit, quaeque sententiae ratio poscere videretur, scite repraesentavit. Cum convertit enim: *doch um Aias, wenn er jetzo auswärts weilet, muss mir bange sein*, neglexit aperte quae apud ipsum Sophoclem inveniuntur. Nec dubium est, quin, haec si vere scripta exstarent, nemo offensurus in istis fuerit. Nunc vero in me quoque scrupuli ali-

quid residet, quamquam nuntiorum non ignoro consuetudinem, quos fusius et perplexius saepe poeta loquentes facere solet. Sed Morstadtium videamus: qui interpunctione sola mutata omnes difficultates sublatas ducit; proponit autem:

Αἴαντος δ', ὅτι
θυραῖος, εἴπερ ἐστὶν (sic), οὐ θαρσῶ πέρι,

h. e. *de Aiace autem,* **quoniam** *foras exiit, si quidem vere foris est,* pertimesco. Quid igitur? nuntiumne de exitu Aiacis, de quo satis erat edoctus (cf. 743 sqq.), ita dubitasse putas, ut opus ipsi videretur grave illud addere: *εἴπερ ἔστιν*? quod si minus dubitabat, inane hoc et molestum: ut non dicam, hac interponctione orationis structuram dilacerari quasi ac discerpi. Accedit quod ea est conformatio verborum, ut quivis *Αἴαντος* cum soperioribus malit quam cum *θαρσῶ* coniungere. Nihil vero displiceret opinor in hac oratione:

οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ', ὅτι,
θυραῖος εἴπερ ἐστίν, οὐ θαρσεῖν πάρα,

h. e. *de Aiacis autem fortuna hoc teneo, non licere de ea non pertimescere;* cf. Oed. Col. 649: *θάρσει τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός.* Eur. Hec. 875: *τὰ δ' ἄλλα θάρσει.* Matth. Gr. Gr. § 414, quamquam ne opus quidem est accusativum nominis audire. Quae coniectura quamvis litterarum similitudine satis commeodetur, tamen ne longius salutem videar repetere, hoc praetulerim: *οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ', ὅτου,*

θυραῖος εἴπερ ἐστίν, οὐ θαρσῶ πέρι,

h. e. *Aiacis autem fortunam teneo,* **de quo quidem** *pertimesco, si quidem foras exiit.* De vi pronominis *ὅστις* vide, si tanti est, Ai. 434 et 1010: *ὅτῳ πάρα μηδ' εὐτυχοῦντι μηδὲν ἥδιον γελᾶν.*

His uti spero expeditis ad ea transeo, quae nuntius interroganti Tecmessae:

Aiac. 797:

ποῦ δ' ἔστι Τεῦκρος, κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;

respondet v. 798:

πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι· τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει φέρειν.

Haec est enim omnium librorum scriptura, ita quidem perversa, ut quibus difficultatibus laborat oratio, vix opus sit pluribus demonstrare. Nec contigit Schneidewino, ut interpretatione sua lucem obscuris verbis afferret: quod putabat enim vir de Sophocle egregie meritus, *ἔξοδον ὀλεθρίαν — φέρειν* elegantius dictum esse pro *ἔξοδον εἰς ὄλεθρον φέρειν*, exemplis similibus comprobari prorsus non potest. Nec profecit quicquam labore suo G. Wolffius, interpretatus nuper: *er hofft zu melden, dass diess Ausgehen des Aias verderbenbringend sei.* Nam qui sperare dicitur, se nuntiaturum esse, is credo incertus est, utrum nuntiare possit nec ne: nec triste quicquam allaturus est, sed quo oblectetur animus. Sed satis iam refutavit ista Rauchenstein. *(Ann. phil. et paedag. Vol.* 79. *p.* 733*)*. In hac igitur codicum scripturae obscuritate haud pauci interpretes, ut Dindorfius, Wunderus, Hartungius singulari quodam favore prosecuti sunt Bothii coniecturam:

τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζειν φέρει,

cuius sententiae denique accessisse etiam Harmannum, qui in *Diar. litt. antiqu.* 1838. p. 397 recte eam refutasset, sane est quod mireris. Inepte enim, nisi me fallit, nuntius respondet: *nuntiat Teucer, se metuere, ne funestus Aiaci sit hic exitus*, interroganti Tecmessae: *κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;* (i. e. *μὴ ἀφιέναι μόνον*), cum respondendum ei sit: *accepit, audivit, exitiosum Aiaci fore hunc exitum*, aut: *metuit, ne sit funestus Aiaci exitus.* Sed quid opus est plura! Veniamus ad Rauchensteinium, cuius coniecturam: *ἔξοδον ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει τρέπειν* vehementer laudavit Piderit.

(Ann. phil. et paed. Vol. 81. p. 237*)*. Nihilo setius debilem duco. Eteoim recte quidem diceret nuntius: *iubet domi retineri Aiacem, quoniam* — haec enim audienda necessario sunt — *exitium sperat ita prohibere se posse ab Aiace*: ineptum est illud: *quoniam sperat, se exitum exitiosum posse prohibere.* — Quod porro Bergkius suspicatus est: *ἐλπίζει φρεσίν*, quam ait omni vi carens ac ne coogruens quidem senteotiae rationi, Rauchenstein. l. l. docuit. Ad sententiam quidem unum accommodatum est, quod et Nauckio et Engero *(Philol.* XV. p. 100*)* in mentem venit: *ἔξοδον ὀλεθρίαν ἐλπίζει χυρεῖν*, modo a litterarum forma plus haberet probabilitatis. Quid vero tu? inquies: Nihil equidem duco commodius quam scribere:

τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει ῥέπειν,

quod conformatum est ad Homericum illud (Il. 8. 72): *ῥέπε δ' αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν.* Et quid mirum, Sophoclem Homeri imitatione ductum illud scripsisse, cum praesertim in Aiace plurima deprebeodantur, uode elucet, quam fuerit poeta *φιλόμηρος.* Atque etiam Alciphr. Ep. III. 59, 5. permixta sunt *φέρειν* et *ῥέπειν*, quod Cobet. Mnemos. 1854. p. 140. recte restituit: *οὐ ῥέπει τὸ ὄναρ.* Unum restat, ut scrupulum evellam, qui *Rauchensteinium* pungit. Is enim num *ἐλπίζειν* hoc loco exspectationem metus plenam significare possit, aliquantum dubitat. Atque satis constat, *ἐλπίζειν* proprie nihil valere nisi *providere*; in sententiis autem, quibus vel verbo vel adiectivo quaedam rei tristitia indicetur, facile intellegitur idem valere quod *metuentem providere*, ut Trach. 111.: *κακὰν δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.* Eur. Hel. 740: *ἀγῶνας, οἵ μένουσί μ', ὡς ἐλπίζομεν.* Herc. fur. 746: *πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἤλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ.* Ion. 348: *θῆράς σφε τὸν δύστηνον ἐλπίζει κτανεῖν.* cf. Plat. Legg. I. p. 644 D. *πρὸς δὲ τού-*

τοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μεν ὄνομα ἐλπίς, ἴδιον δὲ φόβος μὲν ἡ πρὸ λύπης ἐλπίς, θάρρος δὲ ἡ πρὸ τοῦ ἐναντίου. Cic. Tusc. IV, 37, 80: *si spes est exspectatio boni, mali exspectationem esse necesse est metum.* C. Matthiae. Quaestt. Soph. p. 78 sq. Franke. ad Dem. Olynth. I. §. 14. Stallbaum. ad Plat. l. l. Atque hoc etiam de quo agitur loco ne quis dubitet de vi verbi ἐλπίζειν, adiectivo ὀλεθρίαν satis superque provisum est. Habes meum de hoc loco iudicium: ad ea si placet pergamus, quae interroganti Tecmessae:

> οἴμοι τάλαινα, τοῦ ποτ᾽ ἀνθρώπων μαθών;

respondet idem nuntius v. 801:

> τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ᾽ ἡμέραν
> τὴν νῦν ὅτ᾽ αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

Atque ut silentio praeteream quae de hoc afflicto loco partim recte partim perverse disputata sunt, quid ego sentiam brevi comprehendam. Hic quoque nihil aptius duco eodem verbo ῥέπειν, ut scribendum esse videatur:

> τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ᾽ ἡμέραν
> τὴν νῦν ἔτ᾽ αὐτῷ θάνατον ἢ βίον ῥέπειν.

h. e. *dass noch heute für ihn die Entscheidung von Tod oder Leben eintritt*; cf. Eur. Hel. 1090: μέγας γὰρ ἀγών, καὶ βλέπω δύο ῥοπάς· ἢ γὰρ θανεῖν δεῖ μ᾽, ἢν ἁλῶ τεχνωμένη, ἢ πατρίδα τ᾽ ἐλθεῖν καὶ σὸν ἐκσῶσαι δέμας. Soph. Oed. Col. 1508: ῥοπὴ βίου. Ant. 722: φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν.

Aiac. 988:

> ἴθ᾽, ἐγκόνει, σύγκαμνε· τοῖς θανοῦσί τοι
> φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.

Ubi Morstadt. l. l. p. 14. sententiae perversitatem castigavit, sic Meinekius (*Anal.* p. 285) et sententiam putat ab omni abhorrere humanitate et orationem inquinatam esse molesta

redundantia. Quare correxit uterque: *τοῖς ἐχθροῖσί τοι φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.* *Meinekius* enim num consulto *ἐχθροῖσι γάρ* scripserit, incertum est. Eandem autem coniecturam iam Herwerdenum in *Exercitationibus criticis* Hagae Comitum editis a. 1862. p. 112. proposuisse, Dindorfius indicavit Praef. ed. IV. p. XIII, qui appellat eam verissimam. In admirabili hoc doctorum hominum consensu periculosum sane videtur esse defendendi studium. Defendam tamen quae non recte impugnantur. Pleonasmi enim nomine non notanda est oratio. Cum mortuorum enim prostrata corpora saepissime *κείμενα* appellentur, coniunctis illis *inermis mortuorum imbecillitas* non inepte describi videtur; cf. *de ubert. or. Soph. P. II. p.* 2. Eur. Hel. 1605: *τοὺς δὲ κειμένους νεκροὺς ἂν εἶδες.* cl. Xen. Cyri discipl. VII, 3, 8: *ἐπεὶ δὲ εἶδε τὴν γυναῖκα χαμαὶ καθημένην καὶ τὸν νεκρὸν κείμενον, ἐδάκρυσε κτλ.* Sententiam vero concedo esse absurdam. Nec tamen sanata omnia illa coniectura. Aliud est enim, quod vehementer displiceat. Cum Teucer enim puerum iusserit quam primum arcessi, et ipse chorus ita respondeat v. 990 sq., ut unius pueri mentio antea facta esse videatur, mirum est, *Aiacis* interponi mentionem mortui, qua sententiarum ordo perturbatur non mediocriter. Certe, si de inimica irrisione Teucer loquitur, hoc quidem loco pertinere ea debet ad unum *Eurysacem*, non ad Aiacem. Quapropter aut scribendum est:

> *ἄΓ', ἐγχόνει, σύγκαμν', ὅτ' ὀρφανοῖσί τοι*
> *φιλοῦσι πάντες καὶ νέοις ἔτ' ἐγγελᾶν,*

aut, quod probabilius habeo, exturbandi duo versus 988—89, ut alieni ab huius loci ratione. —

Deplorans Teucer, quae sibi olim si in patriam redierit, a patre iracundia exardescente impendeant tristissima, haec addit extrema

Aiac. 1019 sq.:

τέλος δ' ἀπωστὸς γῆς ἀπορριφθήσομαι,
δοῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς,

in quibus *λόγοισιν — φανείς* non ea sunt quae non mireris. Quod unum enim relinqui videtur, ut *λόγοις φανῆναι* idem valere statuamus quod *κληθῆναι*, dubium est num recte statuatur. Neque quod Morstadt. l. l. p. 16. coniecit *γονεῦσιν*, probabile est. Infringit enim sententiae vim. Praestiterit forsitan: *γοναῖσιν*, cl. Ai. 1094: *ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν*, quo Teucrum putaveris significare, postremo se eiici finibus ut qui nanciscatur fortunam eius qui vere servus sit. Sed mitto hoc, quoniam ex scholiastae verbis: *λόγοισιν, ταῖς τοῦ πατρὸς λοιδορίαις*, intellegitur, legisse eum:

δοῦλος ψόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς·

λόγοις enim ita tantummodo recte videtur vis tribui *invidiae et contumeliae*, quae subiecta est saepius Latinorum voci *sermones* (cf. Cic. in Cat. I, 9, 23), ut verbo quod accedit ipsa quasi explicetur, velut Ai. 501: *λόγοις ἰάπτων*. *Λόγοι* autem et *ψόγοι, λέγειν* et *ψέγειν* permixta saepenumero; cf. El. 1423. Eur. Suppl. 565: *τὸ γάρ τοι τῆς Δίκης σώζων σέβας πολλοὺς ὑπεκφύγοις ἂν ἀνθρώπων ψόγους*, ubi codd. item praebent *λόγους*. Porro Eur. Phoen. 199: *σμικράς τ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων, πλείους ἐπεισφέρουσιν·* Stobaei LXXIII, 36. libri multi habent *τῶν ψόγων*, cf. Valcken. ad h. l. p. 156.; viditque iam Iacobsius, Eur. fragm. 299, 5. non *τὸν τῶν λεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι ψόγον* scripsisse poetam videri, sed: *τὸν τῶν ψεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι λόγον*. Recte etiam Aesch. Eum. 226: *τιμὰς σὺ μὴ σύντεμνε τὰς ἐμὰς λόγῳ* Hermannus pro *λόγῳ* emendasse videtur *ψόγῳ*. Atque eadem vocabulorum commutatio facta est nisi fallor

Eur. Hel. 716 sq., ubi nuntium Helenae et Menelai calamitates sic poeta facit deplorantem:

σὺ γὰρ πόσις τε σὺς πόνων μετέσχετε,
σὺ μὲν λόγοισιν, ὁ δὲ δορὸς προθυμίᾳ.

Non *specie* enim. vel *sermonibus* tantum laborantem dicit Helenam, sed *aculeis contumeliarum*, id quod elucet ex iis ipsis, quae idem addit nuntius v. 720 sq.:

οὐκ ἄρα γέροντα πατέρα καὶ Διοσκόρω
ᾔσχυνας οὐδ' ἔδρασας οἷα κλῄζεται.

cf. v. 926 sq. et v. 1291 sq.: *ἢν δ' Ἑλλάδ' ἔλθω καὶ τύχω σωτηρίας, παύσω ψόγου σε τοῦ πρίν, ἢν γυνὴ γένῃ, οἵαν γενέσθαι χρή σε σῷ ξυνευνέτῃ.* Commutandum igitur quod consilio nuntii minus consentaneum est *λόγοισιν* in *ψόγοισιν*.

Aiac. 1368 sqq.:

ΑΓ. σὸν ἆρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται.
ΟΔ. ὡς ἂν ποιήσῃς, πανταχῇ χρηστός γ' ἔσει.
1370: *ΑΓ. ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασ', ὡς ἐγὼ*
σοὶ μὲν νέμοιμ' ἂν τῆσδε καὶ μείζω χάριν.

Admodum nihil in hac oratione ab interpretibus video offensum esse, quam recte se habere non credo. Cum Agamemnon enim se quidem dixerit a sepultura Aiacis alienum fore, concessurum tamen esse Ulixi, is, *utcunque* inquit *facies*, i. e. *sive ipse aggrediere sepulturam, sive alium hoc officium praestare non prohibebis, utique probus eris*. At obscurius expressam esse hanc sententiam non potest negari: deinde aliquantum claudicat sententia, quoniam Agamemno ipse omne sepulturae officium modo aversatus est. Apte, si recte sapio, hoc responderet Ulixes: *ἀλλὰ καὶ οὕτως χρηστὸς ἔσει.* Nimirum non de *ratione* quadam atque *via* officium exsequendi agitur, sed de *homine* qui exsequatur. Ac ne librorum quidem testimonio, quae vulgo eduntur, ita confirmata sunt, ut religione quadam prohibeamur ea relinquere. In La. enim m. pr. scriptum est *ποιησεισ*, ac m. ant. *ποιησησ*, deinde in eodem codice m. pr. non *ὡς* sed *ὅσσ'*. Cum vero *σ* ex

ἰῶτα subscripto sexcenties natum sit, hoc videmur coniectura consequi, poetam scripsisse quod unum ad sententiam accommodatissimum est: *ὃς ἂν ποιήσῃ* h. e. *quicunque faciet* Sed videamus cetera. Nova enim difficultas nascitur ex verbis extremis, quae in La. sic scripta sunt: *χρηστὸς ἔσῃ*, *γ'* autem additum m. ant., unde *Nauckius* collegit, scribendum fortasse esse: *χρηστὸς φανεῖ.* Sed his non deleri labeculam, qua inquinata videatur oratio, facile intelleges, si quidem quae Agamemno respondeat, diligentius perpenderis. Hic enim de *maiore beneficio* loquitur, quod in Ulixem si possit conferre paratus sit, cuius quidem beneficii sive gratiae in superioribus mentio facta nulla est; admodum autem probabile est, habuisse Agamemnonis orationem, quo apte referretur. Quod non desiderares, si Ulixis oratio sic conformata esset:

ὃς ἂν ποιήσῃ, πάντ' ἔχω χάριν γέ σοι,

cl. Trach. 338: *τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ.* Phil. 99: *ὁρῶ βροτοῖς τὴν γλῶσσαν — πάνθ' ἡγουμένην.* Wox. ad Ant. 195. Sed ne iusto longius aberrare videar a librorum scriptura, leniorem praefero mutationem. *ΧΡΗϹΤ* enim facile natum est ex *ΧΑΡΙϹΓ*, in *ЄϹΗΙ* autem latere videtur aut *ЄϹΗ* aut *ΙϹΗ*, ut scribendum sit

ὃς ἂν ποιήσῃ, πανταχῇ χάρις γε σή,

aut: *ὃς ἂν ποιήσῃ, πανταχῇ χάρις γ' ἴση.*

cl. Eur. Ion. 646: *ἴση γὰρ ἡ χάρις.*

At unde tandem ortum sit illud *ΟϹ*, non liquet. Nimirum *χάρις γ'* perperam commutato in *χρηστ*, prope necesse erat corrigi *χρηστός*, quo facto metri causa additum *γ'*. Quod si minus credideris, vide quam facile *ΟϹ* ante *ЄϹ* addi potuerit: Uti similitudo enim litterarum saepe effecit, ut quae bis scribenda erat syllaba, semel scriberetur, sic contra factum est nonnumquam.

Haec hactenus de Aiace, transeo ad Electram.

El. 165: *τάλαιν᾽ ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ,*
δάκρυσι μυδαλέα, τὸν ἀνήνυτον
οἶτον ἔχουσα κακῶν·

In his, quae graviter afflicta effundit Electra, *οἶτον — κακῶν* v. 167 de miseriis quae obtigissent virgini insolentius poetam dixisse, recte videtur Meinekius Anal. p. 251 existimare: eam enim esse huius locutionis (*οἶτον ἔχειν*) rationem, ut genetivo is indicetur, cuius sortem aliquis habere dicatur. Ex his igitur angustiis ut se expediat, ita fortasse rectius locum explicari ille putat, ut *„Electra maleficorum dirissimis poenis coercitorum sortem se habere dicat.“* At ista perplexa orationis ambiguitas, quae coniciendo laboriose explicanda est, cum elegantia Sophoclea mihi videtur discordare. Quapropter ab emendandi periculo salutem petere malo, nisi forte Sophoclem a communi consuetudine deflexisse statuere praestat. Quod si non licet, vide an omnia expediantur hac coniectura: *τὸν ἀνήνυτον*
ἆθλον ἔχουσα κακῶν.

El. 277: *ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐγγελῶσα τοῖς ποιουμένοις,*
εὑροῦσ᾽ ἐκείνην ἡμέραν, ἐν ᾗ τότε
πατέρα τὸν ἀμὸν ἐκ δόλου κατέκτανεν,
280: *ταύτῃ χορούς ἵστησι κτλ.*

Incertum est, num *εὑροῦσα — ἡμέραν*, h. e. *nacta* diem, recte se habeat, ut qui nuper de hoc loco disputavit Meinekius (*Anal.* p. 254) suae emendationis *τηροῦσα* (v. 278) patrocinium iure suscepisse videatur; quamquam nescio an praeferendum sit: *ὁρῶσ᾽ ἐκείνην ἡμέραν, κτλ.* cl. Oed. R. 831: *μὴ δῆτα — ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν·* Neque vero cetera vacant offensione, quae non ita *Meinekius* enucleavit, ut difficultates removisse videatur. Dicit enim *τοῖς ποιουμένοις* „de iis intellegenda esse, *quae cum maxime Clytaemnestra agat;*“ idemque iam G. Wolffius statuerat, qui „*ποι-*

ουμένοις, inquit, *nicht vom Morde, denn sonst müsste Perf. oder Aorist stehen, sondern von dem* ***noch fortdauernden Frevel*** (275).“ Atque ut recte significetur universae vitae dedecus, illamne putas dici posse quae cum maxime agat deridere? Nimirum *gloriantur* scelesti homines flagitiis iisque *laetantur*, non solent *irridere*: rei irrisio pugnat cum delectatione animi et magnifico sollemnium dierum apparatu. Itaque verbum *ἐγγελᾶν* ab hoc loco alienum non possum non dicere. Exspectaveris *ὥσπερ ἀγαλλομένη*, vel *καυχωμένη ἐπὶ τοῖς ποιουμένοις*, cf. Ant. 482 sqq.: *ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα, τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν*. Nec multum proficeres, si velles corrigere:

ἀλλ' ὡσπερεὶ γελῶσα τοῖς ποιουμένοις,

cf. Aiac. 961: *οἱ δ' οὖν γελώντων κἀπιχαιρόντων κακοῖς τοῖς τοῦδε*. El. 880: *κἀπὶ τοῖς σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς*. Eur. Tro. 406: *ὡς ἡδέως κακοῖσιν οἰκείοις γελᾷς*. Aesch. Choeph. 222: *ἀλλ' ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾶν θέλεις*, quoniam ne *γελᾶν* quidem omni irrisionis significatione caret. Neque illo quem supra attuli Antigonae loco (v. 483): *καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν*, *gloriandi* vim ac *superbiendi* *γελᾶν* habet, sed potius *acerbe castigandi et irridendi*; aperte enim Creon de iis maxime cogitat, quae Antigona in fine orationis dixerat v. 469 sq.: *σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν, σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω*. Aptum vero esset *ἐγγελῶσα*, si pro *τοῖς ποιουμένοις* scriberetur *τοῖς πονουμένοις*, h. e. *quasi irridens eos qui* ***laborant aegritudine***. Laborantem autem non inepte opinor semet ipsam potissimum Electra significaret; cf 807: *ἀλλ' ἐγγελῶσα φροῦδος*. 1153: *γελῶσι δ' ἐχθροί*. 1295: *γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν τῇ νῦν ὁδῷ*, et de potestate participii *πονούμενος* vide Trach. 985: *παρὰ τοῖσι βροτῶν κεῖμαι πεπονημένος ἀλλήκτοις ὀδύναις*. Krueger. ad Thuc. II, 51. 4. Neque spernerem hanc coniecturam, cum

praesertim saepius *ποιεῖν* et *πονεῖν* permixta esse constet.*) nisi ex ipso sententiarum ordine appareret, de vita matris flagitiosa tantum modo Electram hic cogitare, non de suo dolore et aegritudine, cuius postea demum mentionem inicit v. 282 sq.: *ἐγὼ δ' ὁρῶσ' ἡ δύσμορος κατὰ στέγας κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην αὐτὴ πρὸς αὑτήν.* Ex his igitur angustiis ita nos commode expediemus, ut emendemus:

ἀλλ' ὥσπερ εἰ χλιδῶσα τοῖς ποιουμέναις,

quod sententiae est perquam conveniens; cf. Aesch. Prom. 971: *χλιδᾶν ἔοικας τοῖς παροῦσι πράγμασι.* Eur. fr. inc. 976: *πλούτῳ χλιδῶσα θνητὰ δ', ὦ γύναι, φρόνει.* Soph. El. 360: *δῶρ', ἐφ' οἷσι νῦν χλιδᾷς.*

His autem admoneor ut aliquid etiam de iis addendum existimem, quae apud

---

*) Documento est Menandri fragm. (4, 149) 274, 7:

νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
ὑμᾶς ὁρῶ πονοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ·

sic enim recte Geelius scripsit pro librorum scriptura: *ποιοῦντας*. Porro Menand. fr. (4, 109) 133·

οὐδενὸς χρὴ πράγματος
τὸν εὖ πονοῦνθ' ὅλως ἀπογνῶναί ποτε

sole Grotium scribebatur *ποιοῦνθ'*.

Atque idem vitium hodie deprehenditur Philem. com. fr. 4, 24 (71)

ἄλλῳ πονοῦντι ῥᾴδιον παραινέσαι
ἔστιν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

Manifesta est autem emendatio:

πονῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

cf. Eur. Alc. 1078: *ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.* Dio Cass XXXVIII, 18: *ὅθεν που πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρους ἐστὶν ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι.* Eur. fr. 459: *οἴδ'· ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών. χρῆν· τοῦτο δ' εἰπεῖν ῥᾷον ἢ φέρειν κακά.* Fr. 576, 4 sq.: *ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει.* Aesch. Prom. 263: *ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς πράσσοντα,* unde manarunt fortasse, quae in *adesp. fr.* 274 Nauckius retulit· *ἐλαφρὸν παραινεῖν [τῷ] κακῶς πεπραγότι.*

Aeschylum Choeph. 135—137. Electra dicit:

κἀγὼ μὲν ἀντίδουλος· ἐκ δὲ χρημάτων
φεύγων Ὀρέστης ἐστίν, οἱ δ' ὑπερκόπως
ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα,

in quibus Aegisthum miror et Clytaemnestram dici in laboribus Agamemnonis sese iactare superbientes, quos labores interpretari solent opes ac divitias; quod quidem num recte faciant, vehementer dubito. Nam unus qui possit forsitan comparari locus

Eur. Ion. 1087: *ὃν ἐλπίζει βασιλεύσειν*
ἄλλων πόνον τ' εἰσπεσεῖν
ὁ Φοίβειος ἀλάτας,

ipse sine dubio corruptus est. Atque inchoavit Heathius emendationem, qui dudum correxit: *πόνον εἰσπεσών*, nec tamen absolvit. *Πόνον* enim quid sibi velit non liquet. Quare Nauckius suspicatur scribendum esse: *δόμον εἰσπεσών*, praestare vero videtur:

ἄλλων πόλιν εἰσπεσών.

Sed redeo ad Aeschyli locum, ubi propter extremae vocabuli *COIC* litterae *C* similitudinem antiquitus videtur *θ* evanuisse, ut pro *COICΠONOICI* scribendum sit *COICΘPONOICI* h. e.

ἐν τοῖσι σοῖς θρόνοισι χλίουσιν μέγα,

quam sententiam unusquisque concedet multo esse ad rem accommodatiorem, praesertim cum ipse Orestes postea paternae potestatis memor precetur v. 480: *πάτερ, τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών, αἰτουμένῳ μοι δὸς κράτος τῶν σῶν δόμων*, et facta caede idem dicat v. 975: *σεμνοὶ μὲν ἦσαν ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι*, quod imitatus est Euripides Androm. 699: *σεμνοὶ δ' ἐν ἀρχαῖς ἥμενοι κατὰ πτόλιν φρονοῦσι δήμου μεῖζον·* cf. Eur. El. 321: *καὶ σκῆπτρ', ἐν οἷς Ἕλλησιν ἐστρατηλάτει, μιαιφόνοισι χερσὶ γαυροῦται λαβών.*

El 363: *ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον*
βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν.

Quantopere haec interpretes et vexaverint et vexent hodie, vix dici potest. Ac multi quidem, ut post Heathium Hermannus, Wunderus, qui tamen in ed. III. aliter sensit, Hartungius, Dindorfius eam amplexati sunt verborum explicationem, quam unus ex scholiastis proposuit: *τοῦτο μόνον ἐμὲ βοσκέτω τὸ μὴ λυπεῖν ἐμὲ αὐτήν, εἰ τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς πείθεσθαι ἀναγκασθήσομαι.* Putant igitur, hec dicere Electram, id potissimum sese agere, ut ne dolorem sibi ipsa pariat connivendo. At vidit iam Schneidewinus, haec si voluisset exprimere, poetam sine dubio non *ἐμέ* sed *ἐμαυτήν* scripturum fuisse. Deinde plus volunt verbis significari, quam ipsa significant. Accedit quod, uti Meinekius recte sensit (*Anal.* p. 256), prorsus non conveniens est et congruens impotenti Electrae animo exilis illa voluptas non morigerandi inimicis. Quod vero nonnulli, ut Hartungius et Lübker. (*Mützell. Diar. rer. schol.* VII. p. 750) exprimi iisdem volunt, Electrae immoderato odio contineri pietatem in patrem, ut *τοὐμὲ μὴ λυπεῖν* fere idem valeat, quod ***non desciscere a me ipsa, sed in officio rectaeque voluntatis conscientia acquiescere***, artificiosa hoc interpretatione ex verbis eliciendum est vel repugnantibus. Ac ne iis quidem coniecturis, quas Canterus proposuit (*τοὐμὲ μὴ λιπεῖν*) vel Lobeck. ad Aiac. p. 312. ed. pr. (*τοὐμὲ μὴ 'κλιπεῖν*), vel Doederlinus (*τοὐμὲ μὴ 'λλιπεῖν*), illud quod volunt efficitur: una Kayseri (*Ann. phil. et paed.* Vol. 69. p. 508): *ἐμοὶ γὰρ ἔστω μὴ λυπεῖν πατέρα μόνον* ad illam sententiam esset accommodata, modo vitio careret metrico et memoria librorum firmius stabiliretur, id quod non est. Quod in Palatino enim scriptum exstat: *τοὐμὲ μὴ λυπεῖν τὸν πατέρα μόνον*, profectum manifesto est ex studiis veteris alicuius grammatici, obscura scilicet illustrantis. Perversum vero est, quod Schuppio nuper

in mentem venit (cf. *Diar. rer. schol. Austr.* XIV. p. 690): *τόνδε μὴ λυπεῖν μόνον*, quasi vero quivis nullo negotio dispiciat, Agamemnonem significari. Recte autem G. Wolffii coniecturam: *τοῦτο δή, λυπεῖν, μόνον* idem l. l. videtur refutasse. Item vereor ne alienum sit a sententiae ratione, quod Meinekius l. l. aptum duxit: *τληπαθεῖν μόνον.* Etenim non de eo agitur, quid *tolerandum* sed quid *faciendum* sit. Iam vero Schneidewinus, inductus ut videtur Hennebergeri coniectura, qui (*De corruptis aliquot Soph. locis* Mein. 1849. p. 14) proposuerat: *μὴ λιπεῖν γόον*, poetam suspicatus est scripsisse: *μὴ λήγειν γόων*, quod probatum fuit Wundero nec Dindorfio displicuit; nec multum distat, quod M. Schmidtius sane speciose coniecit (*Philol.* XIV. p. 466): *τοὐμμένειν λύπῃ μόνον.* At ne his quidem sanari orationem existimo. Licet enim de lamentatione, quam et pungere matrem et patri mortuo acceptam fore confidit, Electra v. 354 dicat, ab eaque numquam sese desistere asseveret, intellegitur tamen, ob eam maxime causam lamentatione sua virginem delectari, quod necessariam hanc existimet ad officia in patrem exsequenda. Apparet hoc ex v. 355 luculenter: *λυπῶ δὲ τούτους, ὥστε τῷ τεθνηκότι τιμὰς προσάπτειν.* Adde v. 341: *δεινόν γέ σ' οὖσαν πατρός, οὗ σὺ παῖς ἔφυς, κείνου λελῆσθαι*, v. 349: *ἐμοῦ δὲ πατρὶ πάντα τιμωρουμένης, οὔτε ξυνέρδεις, τήν τε δρῶσαν ἐκτρέπεις.* Imprimis reputa, quae v. 367 sq. extrema pronuntiat acerbitatis plenissima: *καλοῦ τῆς μητρός· οὕτω γὰρ φανεῖ πλείστοις κακή, θανόντα πατέρα καὶ φίλους προδοῦσα σούς*: concedes opinor, non congruere animo Electrae incitato pietatisque studio flagrantissimo consilium acquiescendi in voluptate lamentationis. Delectatur quidem lamentatione, sed ita delectatur, ut pietatis officio satisfacere cum primis concupiscat. Detestatur omnium maxime crimen impietatis, quo sororem notat, cum

v. 367 *κακήν* appellat. Neque neglegendum, Electram his verbis respoodere prope iis videri, quae soror extrema pronuntiaverat v. 338: *καίτοι τὸ μὲν δίκαιον, οὐχ ᾗ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ᾗ σὺ κρίνεις.* Ne multa: consentaneum est sententiarum rationi consilioque Electrae unum illud, quod Hartungius sic expressit:

Doch meine Weide sei ein gut Gewissen.

Atque circumspiciens equidem, quae viderentur accommodata esse ad hanc sententiam exprimendam, nihil inveni aptius commodiusque hac emendatione:

ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ ἀλιτεῖν μόνον
βόσκημα·

h. e. *una mea voluptas esto nihil impie nefarieque committendi*; quae emendatio commendatur non mediocriter ipsa litterarum similitudine. *ΛΥΠΕΙΝ* enim facillime natum est ex *ΑΛΙΤΕΙΝ*, nimirum ante *Λ* litterula *Α* omissa, quo vitiorum genere nihil est freqoentius. Atque idem verbum restituendum videtur

Eur. Heracl. 101: *εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε,*
καὶ μὴ βιαίῳ χειρὶ δαιμόνων
τάδ' ἀλιτεῖν σ' ἕδη

pro eo quod in codd. est: *ἀπολείπειν σ' ἕδη.* — De verbo *ἀλιτεῖν* denique cf. Aesch. Prom. 534. Eum. 269. 316. —

Chrysothemis ab sorore vehementius vituperata ignaviaeque insimulata cum significaverit, fore aliquando diem, qua illi probetur ipsius consilium, cumque Electra penitus hoc aversata sit, aequo animo respoodet

El. 1030:

μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτα χὠ λοιπὸς χρόνος,

in quibus, ut verbis utar Meinekii (*Anal.* p. 265), non intellegitur, quo *καί* referendum sit. Plerisque aotem neglegentibus, Schneidewinus interpretatur: noch, quod quid

sibi velit hoc loco non apparet. Neque vero quod *Meinekius* pro *χῶ* scribendum suspicatur: *νώ*, probabile duco. Mihi quidem aptissimum videtur esse:

μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτ᾽ ἔχει λοιπὸς χρόνος.

cf. Trach. 1243: *δείλαιος, ὡς ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω.* Eur. Iph. Aul. 657: *τὸ θέλειν δ᾽ οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι.* Fragm. 613: *φθείρου· τὸ γὰρ δρᾶν οὐκ ἔχων λόγους ἔχεις.* Soph. Ant. 78: *τὸ δὲ βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος.* Comparare liceret etiam Eur. fr. inc. 901, 6:

οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρίνειν ἔστιν ἀλλὰ νοῦς,

si certa esset Nauckii coniectura: *τὸ κρίνειν δυνατόν ἐστιν,* qua nescio an probabilior haec sit emendatio:

οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν ἀλλὰ νοῦς μόνος.

Hoc enim quod addidi adiectivum prope necessarium in hac causa, ac facile similitudine antecedentis vocabuli *νοῦς* oblitteratum est. —

Aggrediar deinceps ad aliquot locos Oedipi Regis. Postquam Creon quid ab Apolline acceperit breviter indicavit, piaculum quo Thebae foedentur exterminandum urbe lustrandumque esse, Oedipus interrogat

Oed. R. 99:

ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;

quod miror reliquisse adhuc interpretes. Quo *genere* enim calamitatis civitas vexetur, non fugit Oedipum, ignorat vero *rationem expiandi.* Quare haud scio an emendetur oratio hac coniectura:

ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ πόρος τῆς ξυμφορᾶς;

cf. Eur. Alc. 213: *ἰὼ Ζεῦ, τίς ἂν πῶς πᾷ πόρος κακῶν γένοιτο καὶ λύσις τύχας ἃ πάρεστι κοιράνοις;* 221: *ἔξευρε μηχανάν τιν᾽ Ἀδμήτῳ κακῶν.* cf. Iph. Aul. 356: *τίν᾽ ἀπορῶν εὕρω πόρον;* Pflugk. ad Eur. Andr. 536. *ΤΡΟΠΟΣ* autem et *ΠΟΡΟΣ* vides quam sint similia litteris.

Oed. R 763—64:

κἄπεμψ' ἐγώ νιν· ἄξιος γὰρ οἷ' ἀνὴρ
δοῦλος φέρειν ἦν τῆσδε καὶ μείζω χάριν.

Ex scholiastae interpretatione: *οἷον, τὸ αἴτημα οὐχ ὑπερέβαλε δοῦλον*, hoc intellegitur, et scribendum esse quod Hermannus vidit: *οἷ' ἀνήρ*, et ipsum iam legisse quae hodie legimus depravata. Perversam autem horum verborum esse sententiam. luculenter nuper demonstravit Meinekius (*Anal.* p. 239), cuius rationes non ita refutavit M. Schmidt. (*Diar. rer. schol. Austr.* XV. p. 26), ut assentiendum ei esse videatur. Namque Iocasta cum dicat: *ἄξιος φέρειν ἦν τῆσδε καὶ μείζω χάριν*, aperte declarat, quanti ipsa servum illum fecerit, itaque de dignitate eius indicat, ut detrahere de eius laude quicquam velle neutiquam videatur. Accederem ad *Schmidtii* sententiam, si haec fere diceret Iocasta: *πιστὸς γάρ, οἷ' ἀνὴρ δοῦλος, ἦν, ὥστε ἄξιος γενέσθαι φέρειν τῆσδε καὶ μείζω χάριν.* Nunc vero Meinekium recte existimasse arbitror. Idem autem quod coniecit: *οἷ' ἀνὴρ πιστός*, non cogitavit iam pridem a Wundero propositum esse. Quod quamquam ad sententiae rationem satis idoneum est, parum tamen habet commendationis a litterarum formis. Probabilius est nisi me fallit illud, quod locorum aliquot Euripideorum memor inveni. Iph. Aul. 867 enim servus vetustate probatus fidei et voluntatis suae in dominam conscius dicit: *οἶσθα δῆτά μ' ὅστις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν.* Similiter nutrix Hipp. 698: *ἔθρεψά σ' εὔνους τ' εἰμί*, et Creusa haec seni ministro dicit Ion. 732: *ὃ μὴ γένοιτο δ', εἴ τι τυγχάνοι κακόν, εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ.* Item Andromachae minister Androm. 59: *εὔνους δὲ καὶ σοὶ ζῶντί τ' ἦν τῷ σῷ πόσει.* Addo fragm. 533: *ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότας χρηστοὺς λαβεῖν καὶ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις.* Quid igitur? ineptene Iocasta diceret:

ἄξιος γὰρ οἷ' ἀνὴρ

εὔνους φέρειν ἢν τῆσδε καὶ μείζω χάριν?

praesertim cum ipse ille Iocastae servus esset verna, uti intellegitur ex v. 756: *οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος*, cl. Eustath. p. 1423, 4: *οἰκεὺς παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀθηναίοις ὁ οἰκογενὴς οἰκέτης.* *ΕΥΝΟϹ* autem, quod antiquitus scriptum erat, facillime cum *ΟΥΛΟϹ* commutabatur, unde proclive erat fingere *ΔΟΥΛΟϹ.*

Ac non dubito quin Engerus (*Adnotatt. ad trag. Graec. fragm.* 1863. p. 13).

Eur. fr. 376:

πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον
τοιοῦτον εἶναι καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν,

sic recte nuper correxerit:

πιστὸν μὲν οὖν εὔνουν τε χρὴ διάκονον κτλ.,

reliquit tamen quod aperte corruptum est: *τοιοῦτον.* Quid potest enim fingi perversius hac sententia: *fidelem et benevolum ministrum oportet fidelem et benevolum esse!* Scribendum est potius:

πιστὸν μὲν οὖν εὔνουν τε χρὴ διάκονον
οἰκουρὸν εἶναι καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

De coniunctis autem *διάκονον οἰκουρόν* cf. Eur. Herc. fur. 45: *λείπει γάρ με τοῖσδ' ἐν δώμασι τροφὸν τέκνων οἰκουρόν κτλ.* —

Oed. R. 971:

τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα
κεῖται παρ' Ἅιδῃ Πόλυβος ἄξι' οὐδενός.

Unus Nauckius quod sciam in hoc loco offendit ac recte offendit. Mirum enim, Oedipum dicere *παρόντα θεσπίσματα*, quae vetera dicere debebat. Ac profecto non scripsisse poetam *παρόντα* vel scholiastae testis est explicatio: *ὁ γὰρ Πόλυβος τὰ παλαιὰ θεσπίσματα, φησί, παραλαβὼν μηδενὸς ἄξια κεῖται παρὰ τῷ Ἅιδῃ.* Quae quidem reputans

suspicari possis: *τὰ δ' οὖν πρὶν ὄντα συλλαβὼν θεσπίσματα*, praestat tamen opinor:

τὰ δ' οὖν γέροντα συλλαβὼν θεσπίσματα κτλ.

Quod cum exquisitius esset, facile corruptum est librariorum inscientia. Ac ne iusto illud exquisitius habeas, vide Eustath. ad Od. p. 1923, 61: *γέρον γράμμα, τουτέστι λόγος· λέγει δὲ, φασί, καὶ Σοφοκλῆς πληθυντικῶς· σὺ γὰρ γέροντα βουλεύεις* (*Nauck.* fr. Soph. 721). Praeterea cf. Eur. Herc. fur. 26: *γέρων δὲ δή τις ἔστι Καδμείων λόγος*, ubi aliorum etiam Pflugkius meminit. —

Oed. R. 1031. Postquam docuit senex servus, invenisse se Oedipum infantem olim in Cithaerone, addiditque

v. 1030: *σοῦ δ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ,*

Oedipus haec ait:

v. 1031: *τί δ' ἄλγος ἴσχοντ' ἐν κακοῖς με λαμβάνεις;*

quae non solum propterea laborant, quod *ἄλγος ἴσχοντα* cum *ἐν κακοῖς* iuncta sunt, sed hoc etiam mirum est, quo dolore cruciatus ipse fuerit, Oedipum a sene quaerere, qui de periculo quodam dixerit. Nihil igitur proficitur Wunderi coniectura, qui quoniam in La. exstat *ἐν καιροῖς*, putabat scribendum fortasse esse: *ἴσχοντ' ἐν καλῷ με λαμβάνεις;* Accedit quod ne *scholiasta* quidem in suo libro *ἄλγος* legit; haec est enim eius interpretatio: *ἀναπυνθάνεται ὁ Οἰδίπους, ὅτι ἐν ποίῳ ἄρα κακῷ ὄντα κατὰ τὴν ἔκθεσιν.* Quae eo me ducunt, ut scripsisse poetam suspicer:

τί δ' αὖ τόδ'; ἦ σχόντ' ἐν κακοῖς με λαμβάνεις;

h. e. *Quid hoc vero? in difficultatibus me versantem nanciscebaris?* cf. Eur. Orest. 790: *τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις;* Soph. Oed. Col. 1507: *τί δ' ἔστιν — νέορτον αὖ;* De *ἔχειν ἔν τινι* cf. Elmsleius ad Eur. Bacch. 89.

Oed. Col. 589: *κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.*

Haec Oedipi sunt metuentis ne a cognatis suis vi abstrahatur. Cum nihil igitur de sententia possit dubitari, ita verba repugnant, ut sana ea esse nemo sanus possit contendere. Ac multum iam *ἄνδρες Σοφόκλειοι* in curando vulnere versati sunt, nec tamen id effecerunt, ut medicina supersedere posse videaris. Ad sententiam quidem satis accommodatum est quod proposuit Kayser. (*Ann. phil. et paed.* Vol. 65. p. 27): *κεῖσ' ἄναξ χρῄζουσί με.* Item ei convenit et Engeri coniectura (*Philol.* XV. p. 115): *ἀξιοῦσι κεῖσέ με* et Meinekii *κεῖσ' ἐπαξιοῦσί με.* Adeo vero librorum scripturae haec dissimilia sunt, ut potuisse sane poetam sic scribere concedendum sit, vere scripsisse vix cuiquam persuadeas. Nec mea sunt ita comparata, ut dubitationis nihil relinqui videatur, at duco illis probabiliora. Atque cum verbum *ἄγειν* in hac causa saepius adhibeatur, ut v. 657: *οἶδ' ἐγώ σε μή τινα ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα πρὸς βίαν ἐμοῦ* et v. 662: *κεἰ δεῖν' ἐπερρώσθη λέγειν τῆς σῆς ἀγωγῆς*, suspicari possis, scripsisse poetam:

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἄναξ ἄξουσί με,

nec minus commodum foret:

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἄναξ ἥξουσί με

cl. Oed. Col. 12. *μανθάνειν γὰρ ἥκομεν.* Matth. Gr. Gr. p. 1234. Sed ut ne longius aberrem, codicum scripturae proximum videtur esse:

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναρπάσουσί με

h. e. *me arripient ut illuc deducant.* cf. Pflugk. ad Eur. Hec. 206.

Oed. Col. 842: *πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ σθένει*
πρόβαθ' ὧδέ μοι.

Recte Meinekius ad h. l. et eos vituperavit, qui Hartungii obtemperantes iudicio *σθένει* cum *πρόβαθ' ὧδέ μοι* coniungendum esse statuunt, et eorum improbavit rationem, qui

scholiastae obsecuti cum ἐναίρεται malunt copulare. Refutandum vero est quod emendationis loco vir doctus ipse proposuit: πόλις ἐμὰ ἀσθενεῖ. Insolens est enim synizesis.*) Fortasse pro *CΘENEI* scribendum est *ΦΘINEI* h. e.

πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ φθίνει, κτλ.

Haec verba enim apte consociantur; cf. Oed. R. 25: πόλις γὰρ — ἄγαν ἤδη σαλεύει — φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός κτλ. Eur. Tro. 1299: δορὶ καταφθίνει γᾶ. Similia autem haec sunt: Eur. Heracl. 14: πόλις μὲν οἴχεται. Iph. Taur. 519: φασίν νιν οὐκέτ' οὖσαν οἴχεσθαι δορί. Suppl. 712: οἴχεται τὰ Παλλάδος. Tro. 596: οἰχομένας πόλεως. 582: βέβακε Τροία. Ac conferri liceret etiam Soph. El. 1413 sq.:

ὦ πόλις, ὦ γενεὰ τάλαινα, νῦν σε
μοῖρα καθαμερία φθίνει φθίνει,

si sana haec essent, id quod non est; φθίνει enim cum nihil significet nisi perit, non scriptum a poeta fuisse, manifestum est. Quam ob rem certatim interpretes emendando lucem afferre affecto loco studuerunt. Atque Hermannus quidem φθίνειν φθίνειν edidit, quod probarunt cum Wundero Schneidewinus et ex parte quidem Hartungius. Neque ego improbarem, si μοῖρα vox non haberet adiectivum καθαμερία appositum; cf. Oed. R. 376: οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν. Oed. Col. 1546: ἵνα μοῖρ' ἀνδρὶ τῷδε τῇδε κρυφθῆναι χθονί. Eur. Orest. 1656: θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει. Nunc vero vereor assentiri

*) Quod simile putaveris exemplum Oed. Col. 1192: ἀλλ' ἔα αὐτόν· εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαὶ καὶ θυμὸς ὀξύς, perverse Brunckii coniectura exortum est, quam nemo hodie non respuit. In codicibus autem ἀλλ' αὐτόν legitur, quod cum ineptum sit, alii aliud coniecerunt. Equidem pro *AYTON* scripserim· *EATOΔ* h. e. ἀλλ' ἔα τόδ', ut referantur haec ad ea quae proxime antecedunt: κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.

Hermanno, praeferremque, nisi deterreret me mutationis audacia, Dindorfii coniecturam: *μοῖρα καθαμερία φθίνειν ἔχει*, cl. Phil. 331: *ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν*. Neque legit infinitivum scholiasta, qui explicat: *εἰς φθορὰν καὶ ἐλάττωσιν τοῦ γένους ἄγει*. Quam ob rem autem *φθίνειν* verbi hoc loco ineptam habeat *Dindorfius* repetitionem, fateor me non dispicere. Immo depingit haec satis commode commotum chori animum. Multa vero minus placet, in quod G. Wolffius incidit, qui *νῦν σου μοῖρα καθαμερία φθίνει φθίνει* corrigit, fortunamque tristem Orestis Electraeque significari putat, quae scilicet iam Clytaemnestrae nece sublevetur: quasi vero de levatione quadam eius urbis ac familiae cogitari possit, quae *τάλαινα* appelletur, qua ipsa voce non minus quam verbo *φθίνει interitus* atrocitatem describi unusquisque sentit. In levatione miseriarum praedicanda locus erat credo non *miserandi* verbis sed potius *gratulandi*. At *καθαμερία* non significat, quod debet hoc loco significare: non repugno equidem; sed eum poetam, qui novaverit multa, hoc novasse non negaverim confidentius. Quod si minus dederis, possis scribere: *νῦν σε μοῖρα κατ' ἦμαρ ἰὼ φθίνειν, φθίνειν*. cl. Aiac. 753: *κατ' ἦμαρ τοὐμφανὲς τὸ νῦν τόδε*. Nauck. ad Oed Col. 1079 et de particula *ἰώ* interposita Eur. Herc. fur. 739: *ἰὼ δίκα καὶ θεῶν παλίρρους πότμος*. Aesch. Prom. 694: *ἰὼ ἰὼ μοῖρα μοῖρα*. Sin vero *καθαμερία* retinetur, pro *φθίνει φθίνει* aut scribendum cum Nauckio est *φθίσει, φθίσει*, aut quod probabilius forsitan fuerit: *σφαλεῖ, σφαλεῖ*. *ΦΘΙΝΕΙ* enim non multum discrepat a *ΣΦΑΛΕΙ*. De ipso autem, quod posui, verbo cf. Eur. fr. 275, 3: *ἢ καὶ παραυτίκ', ἢ χρόνῳ δαίμων βίον ἔσφηλε*. Hipp. 871: *ὦ δαῖμον, εἴ πως ἔστι, μὴ σφήλῃς δόμους*. Med. 198: *ἐξ ὧν θάνατοι δειναί τε τύχαι σφάλλουσι δόμους*. Quid vero dicam de verbis quae subsequuntur:

El. 1415:

ΚΛ. ὤμοι πέπληγμαι. ΗΛ. παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν,

quae ipsa vitio nequaquam carent. Quamquam non offendo in varietate illa orationis: *πέπληγμαι — παῖσον*, quae adeo displicuit Meinekio (*Anal.* p. 272) ut coniiceret: *πλῆξον εἰ σθένεις διπλῆν*, arbitratus scilicet, „*multo fortiorem evadere orationem et efficaciorem.*" At coniectandi facilitate miraque ingenii sollertia ita vir doctus duci se passus est, ut medicinam adhiberet verbis integris. Quod enim egregie coniecit Ant. 171: *πλήξαντές τε καὶ πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι*, commendatur hoc oppositionis ratione. hoc vero loco vehementer cavendum est, ne quos prope crudeles descripsit poeta Electrae mores, efficias iusto crudeliores. Quam sit singulare autem Sophoclis studium orationem variandi, ipse exemplis docuit Meinek. *Anal* p. 256.*)

*) Plura huius consuetudinis exempla ipse congessi de ubert. orat. Soph. II. p. 13 et Add. p. 35., quibus adde Trach. 457 *καὶ μὴν δέδοικας, οὐ καλῶς ταρβεῖς.* El. 319 *φησίν γε· φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ.* 914: *οὐδ' ὁ νοῦς φιλεῖ τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν.* Ant. 70 *εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.* Eur. Androm. 815. *καὶ τὰ πρὶν δεδραμένα ἔγνωκε πράξασ' οὐ καλῶς.* Med. 1302· *κείνην μὲν οὓς ἔδρασεν ἔρξουσιν κακῶς.* Aesch Choeph. 554 *τοὺς δ' ἔν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγω.* Eur. El. 1096 *εἰ γὰρ δίκαι' ἐκεῖνα, καὶ τάδ' ἔνδικα.* Orest 679. *θηρῶν δ' ἅπαντες οὐκ ἐγὼ ζητῶ μόνος* Hel 576: *οὐ γάρ με λεύσσων σὴν δάμαρθ' ὁρᾶν δοκεῖς,* Med. 97: *ἤκουσά του λέγοντος οὐ δοκῶν κλύειν.* Aesch. Prom. 448· *κλύοντες οὐκ ἤκουον.* cf. Agam. 1623: *οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε.* Soph fr 838, 2: *ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ.* Meinek. Anal p. 229. Porro vide Eur. Alc. 680. *νεανίας λόγους ῥίπτων ἐς ἡμᾶς οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει.* Heracl. 178 *τοὺς ἀμείνονας παρὸν φίλους ἑλέσθαι, τοὺς κακίονας λάβῃς.* Tro 728: *μήτε σθένουσα μηδὲν ἰσχύειν δόκει.* El 910: *θρυλοῦσ' ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον.* Rhes. 80· *πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι, δειμαίνων τόδε.* Fragm adesp 24: *φίλων γὰρ ἄρξεις μὴ κρατῶν ὅσων θέλεις.* Soph. Aiac 1102 *Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες, οὐχ ἡμῶν κρατῶν.* 1067 sq: *εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν, πάντως θανόντος γ'*

Contra miror. non admiratos esse interpretes Electrae illud: *παῖσον εἰ σθένεις διπλῆν.* Quid enim? Electramne, summa iracundia flagrantem, clamitare putas: *iterum feri, si abs te impetras?* (ita enim recte Ellendt. v. *σθένω* interpretatur), quasi vero de infirmitate fratris animique quodam pavore cogitet. Multo foret accommodatius:

παῖσον, εἰ θέλεις, διπλῆν,

quo utuntur aut in precando amice hortandoque, ut Phil. 730: *ἕρπ' εἰ θέλεις*, cf. Eur. Alc. 1112: *εἴσαγ', εἰ βούλει, δόμους.* Suppl. 569, aut cum irrisionis nota in concedendo ut Oed. R. 343: *πρὸς τάδ', εἰ θέλεις, θυμοῦ δι' ὀργῆς, ἥτις ἀγριωτάτη.* cf. Ant. 1168: *πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα.* Ib. 1038. Eur. Med. 1358. Suppl. 567. At accidit mihi nescio quo pacto, ut id ipsum quod modo posui: *εἰ θέλεις* alienum ab hoc loco habeam, quoniam *petentis* est cum *quadam animi delectatione ac desiderio*, ob eamque ipsam causam diritatem hic prodit atque inhumanitatem ut quidem ego sentio iusto atrociorem. Quocirca non retineo cupidius, sed hoc statuere malo, in *ЄΙCΘЄΝЄΙC* latere nihil aliud nisi *ЄΙCΦЄΔЄΙ* h. e.

παῖσον, εἴ σφε δεῖ, διπλῆν.

i. e. *iterum feri, si (ferire iterum) eam opus est.* Audiendum igitur: *παῖσαι διπλῆν*, de qua sermonis brevitate cf. Eur. Iph. Taur. 1213: *ΘΟ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν. ΙΦ. καὶ φίλων γ' οὓς δεῖ μάλιστα* (ex certa Kvičalae emendatione); Hipp.

ἄρξομεν. Item Euripides Androm. 638. *πολλάκις δέ τοι ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνικησε σπορᾷ, νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες* varians orationem dixit ac non, quod forsitan exspectaveris: *νόθοι τε πολλὰ γνησίων ἀμείνονες.* Saepius enim *πολλὰ* idem sonat quod *πολλάκις*, ut Hipp. 1461. Ion. 352. Med. 120. 496. Hel. 1171. Alc. 187. Fragm. 256, 1. Sosiph. fr. 3, 1. (p. 638. N.). Aesch. Cho. 897. Aristoph. Equ. 411. Plut. 253. Maetzner. ad Antiph. p. 160. Stallbaum. ad Plat. Phaedon. p. 61. C. — Apparet igitur hoc variandi studium non unius esse Sophoclis proprium. —

1062: *πάντως οὐ πίθοιμ' ἄν, οὕς με δεῖ.* Denique *σφε* quam saepe idem valeat quod *αὐτήν*, nemo ignorat; cf. Ant. 772. Phil. 200. Trach. 463. 878. 1133. Eur. Alc. 20. 107. 149. 834. Androm. 39. 347. El. 27. Hel. 989. Heracl. 506. Iph. Aul. 70. Med. 33. 806. 944. 1296.*)

Quod hoc autem loco tollendum esse docuisse mihi videor, id restituendum nisi fallor

El. 585. Electra enim docet, ea ipsa lege, quam mater sibi constituerit in nece Agamemnonis, ipsi moriendum esse: certa immolatione filiae per patrem facta non effici, ut matri liceat flagitiose vivere cum Aegistho. Haec cum summa sit sententiae, apparet, non recte Electram bis uti verbis:

εἰ γὰρ θέλεις, δίδαξον, ἀνθ' ὅτου τανῦν
αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις κτλ.

Non amice enim, ut ipsam meliora doceat, a matre petit, ut Clytaemnestra monet apud Euripidem El. 1049 sq.: *λέγ' εἴ τι χρήζεις κἀντίθες παρρησίᾳ, ὅπως τέθνηκε σὸς πατὴρ οὐκ ἐνδίκως.* cl. 1059: *τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσω φρενί*, neque vero dicit, sese non curare, si quidem docere illa animum inducat: immo hoc unum recte affirmat, *fieri non posse*, ut excuset mater impudicitiem illam ac turpitudinem, qua penitus se in Aegisthi consuetudinem immerserit. Neque umquam ita dici credo *εἰ θέλεις*, ut significet idem fere quod nostrum: *wenn's beliebt, wenn's gefällig ist* nonnumquam exprimere constat; quippe quo haud raro non sine ironiae acerbitate indicemus, eum a quo petas vix obsecuturum esse monenti, desperantem nimirum, se *posse* satisfacere monentis voluntati. Itaque nihil relinquitur, nisi ut emendemus:

*) Idem pro *αὐτόν* saepenumero usurpatur, non raro pro *αὐτούς* (ut Soph. Ai. 1389. Eur. Hel. 140. Iph. T. 1184. Med. 393. 1240. 1249. 1367); rarius pro *αὐτάς* (Aesch. Sept 864. Eur. Bacch. 811) et pro *αὐτά* (Eur. Med. 1240. 1338).

εἰ γὰρ σθένεις, δίδαξον, ἀνθ' ὅτου τανῦν κτλ.

Sed ne Meinekii neglegere videar auctoritatem, is quoque (*Anal* p. 260) sensit εἰ θέλεις ab huius loci sententia abhorrere. Quod vero coniecit: εἰ γὰρ θέμις, δίδαξον κτλ., quamquam non nescius sum interdum θέλεις et θέμις permixta esse (cf. Nauck. Eur. Stud. II. p. 159), item tamen alienum equidem duco. Scite enim ipse Meinekius „*hac dictione*, inquit, *utuntur, qui reverentia vel pudore tacti aliquid vel ipsi eloqui vel ex aliis audire verentur*;" cf. Oed. Col. 1131: φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα. Ant. 1259: εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν ἄτην ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών. At quo pudore et verecundia Electram putas commotam esse, ut excusationem flagitiosae vitae e matre audire vereatur, quae ipsa copiose flagitia enumerare non vereatur v. 587—90? Saepe autem σθένειν et θέλειν permixta in codicibus fuisse, satis constat, tetigitque nuper hanc rem Nauckius Eur. Stud. I. p. 53, ubi de loco Euripideo disputavit, qui est El. 615:

τειχέων μὲν ἐλθὼν ἐντὸς οὐδ' ἂν εἰ θέλοις.

Quae qui ita explicarent, ut ex antecedentibus audiendum λάβοις censerent, facere ineptissime Nauckius dilucide exposuit, idemque intellexit, uni verbo σθένειν locum esse. Neque vero hoc dederim, absolutam esse atque perfectam ipsius emendationem, quamvis speciosam: τειχέων μὲν ἐλθὼν ἐντὸς οὐδὲν ἂν σθένοις. Non hoc enim senex negat, perficere quicquam Orestem posse ubi domum intraverit, sed fieri non posse ut intret, quoniam munita sit domus praesidiis munique satellitum. Alia igitur via ad optatos exitus esse perveniendum: id enim cum maxime agendum esse, ut arte quadam aditum in domum sibi patefaciat; cf. v. 637. cl. 784 sqq. Haec autem si recte disputavi, non improbabit ipse Nauckius, uti spero, hanc emendationem meam:

τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς οὐδαμῇ σθένεις.

Quod mutavi autem, ne quis audacius factum reprehendat, uti ἐλθεῖν ab ἐλθών, sic *ΟΥΔΑΜΗ* ab *ΟΥΔΑΝΕΙ* nihil admodum discrepat; atque simul οὐδ' ἂν εἰ perperam irrepsit, propemodum necesse erat σθένεις permutaretur in σθένοις, unde ortum est θέλοις. De adverbio αὐδαμῇ denique vide, si tanti est, Aesch. Pers. 385. Prom. 58. 256. 340. Soph. Ant. 874. Phil. 789. Eur. Tro. 729. fr. 34. Adesp. fr. 10.

Sed redeo ad Oedipum Coloneum, ubi v. 861 haec leguntur:

ΧΟ. δεινὸν λέγεις. *ΚΡ.* τοῦτο νῦν πεπράξεται.

Et metri et ἀντιλαβῆς ratio voculam poscit, quam post λέγεις intercidisse verisimile est. Atque cum in La. λέγοις scriptum exstet, Hermannus suspicatus est, addendam esse ἂν particulam, cui sententiae accesserunt Spengel. (Philol. XIX. p. 443) et Meinekius, qui vanas vocat novitiorum criticorum coniecturas. Neque nego probabilem esse Hermanni coniecturam, cum praesertim haud raro ἄν, quod optativis appositum erat, evanuerit. Sed item facile poterat fieri, ut ante τοῦτο, omissis nimirum litteris *ΚΡ.* oblitteraretur propter litterarum similitudinem vocula τοι (δεινὸν λέγεις τοι·), quae sententiae rationi imprimis convenit; cf. Aesch. Pers. 245: δεινά τοι λέγεις ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι. —

Oed. Col. 1335 sqq.:

πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ξένοι ξένος δὲ σύ·
ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε
κἀγώ, τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες.

Polynices memoria communium quibus vexentur malorum patrem permovere studet, ut secum faciat. In iis autem quae maxime acerba habet, v. 1336 hoc refert:

ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε κἀγώ

h. e., ut Schneidewini utar interpretatione. *vitam degimus aliis blandientes tu et ego* Quae quidem interpretatio si constaret, omni offensione vacua esset oratio. Sed sunt qui dubitent, num *οἰκοῦμεν* illud significet; in quibus Nauckius praestare putat: *ἥκομεν*, Martinus vero (*Progr. Posn.* 1858. p. 31) coniecit: *αἰτοῦμεν*, in idemque verbum postea incidit M. Axt (*Coniect. Hom.* 1860. p. 10), cl. v. 1363: *σύ μ' ἐξέωσας, ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον*, et Hom. Od. 17, 365 sq: *βῆ δ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια φῶτα ἕκαστον, πάντοσε χεῖρ' ὀρέγων, ὡς εἰ πτωχὸς πάλαι εἴη.* At ineptum *αἰτοῦμεν* loco Sophocleo, quoniam non est cur idem bis praedicetur. Cum v. 1335 enim dixerit Polynices: *πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς*, vix quisquam probabit iteratam mendicandi mentionem. Item *ἥκειν* inutile Meinekius ducit, qui *Anal.* p. 230 accuratius de verbo *οἰκεῖν* disputavit, atque ita statuit interdum debilitari vim verbi, ut nihil valeat nisi *εἶναι.* Quo cautius fecerunt Seidlerus ad Eur. El. 302 et Wunderus ad Oed. Col. 118, qui *agere, vitam agere, versari* interpretantur. In hac igitur doctorum hominum dissensione non alienum duxi de eodem verbo denuo quaestionem instituere. Atque hoc proposuerim, tametsi tragici poetae exquisitiori orationi studeant, atque amplitudine quadam orationis exaggeratae soleant delectari, numquam tamen apud Sophoclem certe propriam vocabulorum vim ita infringi et evanescere, ut nihil relinquatur nisi tumor inanis. Pariter igitur ac *καλεῖσθαι* numquam singulari sua vi exutum exsistit, qua de re copiosius exposui *de ubert. or. Soph.* P. I. p. 5, *οἰκεῖν* etiam et *ναίειν* ita solent usurpari, ut propriam potestatem facile agnoscas. Atque plerumque ita transferri haec solent ad vitae humanae animique condicionem, ut ipsa translationis ratio ex adverbiis aliisque vocabulis, quae adiuncta sunt, cognosci possit, ut Oed. Col. 118: *ποῦ ναίει;* 137: *ποῦ μοί ποτε ναίει;*

Trach. 99: *πόθι παῖς ναίει ποτ'*, quippe quod idem fere sit atque: ubi versatur, commoratur. Item Eur. Iph. Taur. 629: *μακρὰν γὰρ βαρβάρου ναίει χθονός.* Imprimis certae cuiusdam sedis vitaeque domesticae significationem expressam his verbis videmus. ut Soph. El. 1090 sqq.: *ζῴης μοι καθύπερθεν χειρὶ καὶ πλούτῳ τεῶν ἐχθρῶν ὅσον νῦν ὑπόχειρ ναίεις.* Trach. 1237: *κρεῖσσον κἀμέ γ', ὦ πάτερ, θανεῖν ἢ τοῖσιν ἐχθίστοισι συνναίειν ὁμοῦ.* Phil. 892: *ἅλις πόνος τούτοισι συνναίειν ἐμοί.* Utroque autem loco plus exprimit *συνναίειν* quam *συνεῖναι*, cum vitae quotidianae significet consuetudinem. Item Eur. El. 99: *φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις ζευχθεῖσαν οἰκεῖν οὐδὲ παρθένον μένειν* (cf. Iacobs. Del. epigr. V, 14, 7. p. 134: *εἴ σε πάροικον ψυχῇ συζεύξω*). Ib. 212: *μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ.* Hel. 295: *μετ' ἀνδρὸς οἰκεῖν βαρβάρου πρὸς πλουσίαν τράπεζαν ἵζουσα.* Med. 1001: *ἄλλῃ ξυνοικεῖ πόσις συνεύνῳ.* Iph. Taur. 524: *Σπάρτῃ ξυνοικεῖ τῷ πάρος ξυνευνέτῃ.* 915: *τῷδε ξυνοικεῖ βίον ἔχουσ' εὐδαίμονα.* Xenoph. de rep. Laced. I, 8: *εἰ δέ τις αὖ γυναικὶ μὲν συνοικεῖν μὴ βούλοιτο κτλ.* cf. Schoemann. ad Plut. Agin. p. 136. Wyttenbach. ad Plut. Moral. II. p. 894. — Praeterea cf. Eur. fr. inc. 1033: *πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου κρεῖσσον παρὰ σώφρονι ναίειν* [sic enim corrigendam esse auspicor librorum scripturam: *πάτρα σ. ν.* cl. Soph. Trach. 40: *ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν*, et v. 984: *παρὰ τοῖσι βροτῶν κεῖμαι πεπονημένος κτλ.*] — Porro cf. Eur. Androm. 180: *ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.* Fragm. adesp. 147, 3: *κρεῖσσον γὰρ ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους πένητα ναίειν δόξαν ἠμπολημότα.* Eur. fr. 708: *σμίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων ἄλυπος οἰκεῖν μᾶλλον ἢ πλουτῶν νοσεῖν.* Haud aliter fragm. 379: *νῦν δ' ἥν τις οἰκῇ πλουσί-*

αν φάτνην ἔχων κτλ. [sic enim emendaverim quae vulgo leguntur: *ἥν τις οἴκων πλουσίαν φάτνην ἔχῃ.**)] Haec omnia si consideraveris non unam tenuem verbi substantivi vim sed significationem vitae domesticae nescio quo pacto constitutae verbis illis subiectam agnosces, ut interpretari recte possis: vitam domi degere. Hinc profecta sunt, quae translate dicuntur: Soph. Aiac. 597: *Σαλαμίς, σὺ μέν που ναίεις*, de quo genere cf. Nauck. ad Trach. 7; Fragm. adesp. 67: *τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.* Ib. 278: *χωρὶς γὰρ οἰκοῦσ' ἀρεταὶ τῶν ἡδονῶν.* cf. Eur. fr. 584, 4: *οἵ τε μουσικῆς φίλοι, ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι* κτλ. Herc. fur. 557: *αἰδῶ γ'; ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ·*

---

*) Quae insequuntur

πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κράτει·
τὰ δ' ἔργ' ἔλασσω χρημάτων νομίζομεν.

M. Seyffert. (*Mus. Rhen.* XV. p. 622) partim recte emendavit: *πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κρίσει*, neque improbavit hanc emendationem Schenkl (*Philol.* XX. p. 491). Reliquit tamen vir doctus ille labeculam quandam v. insequenti. Qui dicit enim, improborum iudicio divites haberi primos in civitate, aut semet ipsum in improbis numerat aut non potest pergere. *τὰ δ' ἔργ' ἔλασσω χρημάτων νομίζομεν.* Conveniunt vero haec superioribus, si non *ΕΡΓΕΛΑΣΣΩ* sed *ΕΡΓΑΜΑΣΣΩ* Euripidem scripsisse statueris, h. e.:

τὰ δ' ἔργα μάσσω χρημάτων νομίζομεν,

h. e. res *gestas autem maiores habemus divitiis*: de quo vocabuli *μακρός* vi cf. Pind. Isthm. IV. 13. *καὶ μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν.* Olymp. XIII, 113: *καὶ πᾶσαν κατὰ Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν μάσσον' ἢ ὡς ἰδέμεν.* Isthm V, 56: *οὗτοι τετύφλωται μακρὸς μόχθος ἀνδρῶν.* Lobeck. ad Soph. Aiac. 130. ac consulto fortasse electum hoc loco illud est, ut *ἔργοις μακροῖς* acerbe opponerentur *χρήματα* quae solebant *μακρα* praedicari, cf. Pind. Isthm. III. 5: *ζώει δὲ μάσσων ὄλβος.* Pyth. XI, 52. *τὰ μέσα μακροτέρῳ ὄλβῳ τεθαλότα.* Soph. Aiac. 130: *μακροῦ πλούτου βάθει.* Formam autem comparativi eandem praeter Pindarum adhibuit Aeschylus Pers. 440. 708, superlativum *μάκιστος* et Sophocles (Oed. R. 1301. Phil. 849) et Euripides (Hipp. 818). De sententia denique universa adde Eur. fr. 143. et fr. 329. —

πρόσω. Fr. 150, 2: τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν ἁμαρτίας, cf. fr. 257, 2: δοκεῖς, — τὴν δίκην που μάκρ' ἀπῳκίσθαι βροτῶν. Porro ex eodem fonte haec manarunt: Crit. fr. 5. (N. p. 601): σοφῆς δὲ πενίας σκαιότητα πλουσίαν κρεῖσσον σύνοικόν ἐστιν ἐν δόμοις ἔχειν. Eur. fr. 22, 5: ᾧ δ' ἂν ἐν δόμοις χρόνον συνοικῇ (χρήματα) πλεῖστον, οὗτος εὐγενής. Bacchyl. fr. 29, 5. ed. Bergk.: ὀλβίων παῖδές νιν (Δίκαν) εὑρόντες σύνοικον. Ariphron (Bergk. p. 984) 1: Ὑγίεια — μετὰ σεῦ ναίοιμι τὸ λειπόμενον βιοτᾶς. Soph. Phil. 472: μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον ἔρημον ἐν κακοῖς τοῖσδ', οἵοις ὁρᾷς, ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναίοντά με. Eur. Androm. 237: ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι. Fr. inc. 889, 8: τοῖς δ' ἀτελέστοις τῶν τοῦδε πόνων μήτε συνείην χωρίς τ' ἀγρίων ναίοιμι τρόπων. Bacch. 331: οἴκει μεθ' ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων. Soph. Oed. R. 338: τὴν σὴν δ' ὁμοῦ ναίουσαν (sc. ὀργὴν) οὐ κατεῖδες, ἀλλ' ἐμὲ ψέγεις. Ib. 1390: τὸ γὰρ τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ. Phil 1169: ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ. Trach. 1055: πλεύμονός τ' ἀρτηρίας ῥοφεῖ ξυνοικοῦν. Oed. Col. 1238: γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ. Ib. 1259: γέρων γέροντι συγκατῴκηκεν πίνος, cui similia collegit Schneidewin. ad Aesch. Agam. 1812. — Oed. Col. 1134: ἀνδρός, ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος. Xenoph. Conviv. 8, 24: ὁ ἀεὶ σύνοικος ἐμοὶ ἔρως κεντρίζει. Aesch. Agam. 1842: ὁ δυσφιλὴς σκότῳ λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ' ἐπόψεται. Eur. Heracl. 996: ὅπως — τὸ λοιπὸν μὴ συνοικοίην φόβῳ. Soph. Oed. R. 1208: τίς ἄταις ἀγρίαις, τίς ἐν πόνοις ξύνοικος ἀλλαγᾷ βίου. Aiac. 610: θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος. Eur. Hipp. 1219: ἱππικοῖσιν ἤθεσι πολὺς ξυνοικῶν. Unde Eur. fragm. 220, 4: σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ, συνοικεῖ δ' ἀμαθίᾳ

πλεῖστον κακόν recte mihi videor emendasse cl. Plat. Alc. I. p. 118. B.: *ἀμαθίᾳ γὰρ ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστε, τῇ αἰσχίστῃ.* — Eur. fr. 370, 2: *πολιῷ γήρᾳ συνοικοίην*, quo usus loco sum ad confirmandam emendationem meam Oed. Col. 703: *τὸ μὲν γεραιός τις οὔτ' ἐν ἥβᾳ συνναίων ἁλιώσει χερὶ πέρσας.* (cf. *de ubert. or. Soph.* I. p. 11. not. 25). Neque in his recte dixeris translatum verbum nihil differre a verbo *συνεῖναι*, quod in eadem causa saepe usurpatur, ut Hom. Od. 7, 270. Soph. Oed. R. 303. Phil. 520. El. 600. 611. Oed. Col. 946. 1244. Aiac. 338. Ant. 371. Aesch. Pers. 177. Eur. El. 943. Tro. 682. cf. Iacob. ad Lucian. Toxar. 8. p. 55. Immo uti res, quae homini *συνεῖναι* dicitur, tamquam comitans ei fingitur (cf. Schneidewin. ad Oed. Col. 7), sic *συνοικεῖν* intimam quandam significat necessitudinem, quae cum homine coniuncta sit, ut prope accedat ad vim verbi *ζῆν*, quo Sophocles utitur Phil. 1022: *ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας*, et Demosthenes Olynth. I. §. 14: *τὴν φιλοπραγμοσύνην, ᾗ χρῆται καὶ συζῇ Φίλιππος.* Transitum autem ab uno ad alterum quasi aperit *ὁμιλεῖν*, cf. Eur. Orest. 354: *εὐτυχίᾳ δ' αὐτὸς ὁμιλεῖς.* Schoemann. ad Plut. Ag. 17, 2. p. 155.

Sed labor longius: ad propositum revertor. Atque cum commorandi vim vitaeque quodam loco constitutae in verbis *οἰκεῖν* et *ναίειν* inesse ex multis quae collegi exemplis satis appareat: non dubium est quin Oed. Col. 92:

ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,
ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·

iure recentiores interpretes tueantur, cum *οἰκητῆρα* semet ipsum Oedipus significet v. 627: *κοὔποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων κτλ.* cf. Ellendt. Lex.

Soph. II p. 292 sq. Mutandus vero aoristus cum Triclinio in futurum *οἰκήσοντα*, id quod Meinekius quoque fecit. Item ad sententiam aptum est quod Nauckius coniecit

Oed. R. *σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἴ τιν' ἂν δοκεῖς*
ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον, ἢ
586 *ἄτρεστα ναίοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη.*

cl. Eur. Ion. 1198, quoniam de privata in aedibus regiis vita, libera illa quidem ab omni sollicitudine, Creon cogitat. Admodum autem miror, Seyffertum, virum elegantia iudicii florentem, nuper (in *Mützellii Diar. rer. schol.* XVII. p. 591) fecisse, ut pro inepta librorum scriptura: *ἄτρεστον εὕδοντ'* cupidius propugnaret: quasi vero *εὕδων* posset quisquam regnare. Quamquam non dico, quam Nauckius ipse dubitanter proposuerit, certissimam esse emendationem. Fortasse gravius vitium latet reconditum scribendumque pro

ΑΤΡЄϹΤΟΝЄΥΔΟΝΤ
ΑΤЄΡ ΠΟΝΩΝΟΝΤ

h. e. *ἄτερ πόνων ὄντ'*. Certe *ἄπονον* apte opponitur curis ac metui (*φόβοις*), cf. Phil. 864: *πόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος*. De collocatione autem voculae *ἄτερ* vide, si placet, Aesch. Cho. 338: *τί δ' ἄτερ κακῶν*; Soph. El. 866: *ἄτερ ἐμᾶν χερῶν*. Phil. 703: *παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας*. Eur. Heracl. 161: *ἄτερ χαλυβδικοῦ*. 841: *μόλις δὲ πάντα δρῶντες οὐκ ἄτερ πόνων*. Fragm. 396: *εἰ δ' ἄτερ πόνων δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ θνητὸς γεγώς*. Cycl. 245: *ἄτερ κρεανόμων*. Pind. Olymp. VIII, 45: *οὐκ ἄτερ παίδων*. Pyth. II, 32: *οὐκ ἄτερ τέχνας*. Isthm. V, 20. Mimnerm. fr. 1, 1: *ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης*. fr. 6, 1: *ἄτερ νούσων*. Theogn. 171: *ἄτερ θεῶν*. Babr. fab. 8, 3: *οὐκ ἄτερ μούσης*. Iacobs. del. epigr. V, 68, 2. (p. 158): *ὡς ἄτερ ἀγκίστρου νηχόμενον δέλεαρ*. Hoc igitur loco cum *ναίειν* possit ferri, Oed. Col. 1265: *καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς ταῖς σαῖσιν ἥκειν τἄλλα μὴ 'ξ*

ἄλλων πύθῃ, verbum *οἰχεῖν*, quo sanare sibi Meinekius videtur orationem, vehementer dubito num salutem afferat sententiae, quae tenebris adhuc obducta est, quamvis aliquid nuper lucis attulerit Spangel. (*Philol.* XIX. p. 447 sq.). Item vereor Meinekii accedere sententiae de Phil. 180:

οὗτος πρωτογόνων ἴσως οἴχων,

quamquam confidenter vir doctissimus asseverat scribendum esse *οἰχῶν*.

Venio denique ad eum locum, unde ducta est omnis haec disputatio: Oed. Col. 1335, ubi, si unus Oedipus diceretur *θωπεύων οἰκεῖν*, nihil offenderem: cum vero Polynices suam quoque fortunam describat, qui exaul vagetur auxilium imploraturus, *οἰκοῦμεν* perversum existimo. Scripsit Sophocles, nisi me fallit:

ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰχνοῦμεν σύ τε
κἀγώ, κτλ.

i. e. *vagamur adulantes*, id quod ad Polynicis potissimum fortunam est perquam accommodatum; cf. El. 165: *ἄτεκνος, τάλαιν', ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ*, quod schol. explicat: *περιέρχομαι*. Atque propterea maxime hoc amplexor, quoniam mendicandi vocabulum *(πτωχοί)* cum vagandi verbo solet coniungi; cf. Oed. Col. 444: *φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἀεί*, quae non debebat Meinekius corrupta habere; *ἀεί* enim particula satis defenditur loco consimili Oed. Col. 745 sq.: *ὁρῶν σε τὸν δύστηνον ὄντα μὲν ξένον, ἀεὶ δ' ἀλήτην*. — Praeterea cf. Eur. Heracl. 318: *πτωχοὺς ἀλήτας εἰσορῶντες*. Med. 515: *πτωχοὺς ἀλᾶσθαι*. Fragm. adesp. 107: *ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχὸς πλανήτης, βίον ἔχων τοὐφήμερον* Tyrtae. fr. 10, 3: *τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγροὺς πτωχεύειν πάντων ἔστ' ἀνιηρότατον, πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ κτλ.* Deinde ipse Oedipus ita respondet filio, ut eisdem prope verbis consulto uti videatur v. 1363: *σύ μ'*

ἐξέωσας (cf. v. 1330), ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον.
His uti spero expeditis pauca addam de

Oed. R. 1519, ubi cum precatus sit Oedipus v. 1518: γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον, et Creon responderit: τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν, quid cogitari potest aptius hac oratione:

ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος οἰκῶ,

cum non de adventu suo pristino (ἥκω), sed de sede ille loquatur, quam iam teneat diis invisus. —

Oed. Col. 1466 sqq.:

ἔπτηξα θυμόν· οὐρανία
γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.
τί μὰν ἀφήσει τέλος; δέδια δ'· οὐ γὰρ ἅλιον
ἀφορμᾷ ποτ', οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς.

Cum οὐρανία, quod et codicum et Suidae auctoritate nititur, metro adversetur, neque quae sequuntur: τί μὰν ἀφήσει τέλος intellegi facile possint, multiplicem hic locus coniectandi copiam dedit: de quibus coniecturis Meinekius ad h. l. breviter quidem sed ita iudicavit, ut satis eae refutatae esse videantur. Ipse scripsit: οὐρανὸν — φλέγει, *coelum illustrat*. Quod cum per se non displiceat, tamen scholiastae explicatione: ταχεῖα motus de veritate emendationis aliquantum dubito. Aptissimum vero est, si sapio aliquid,

ὁρμένα γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν,

cf. Oed R. 177: ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον. Hom. Il. VIII, 135: δεινὴ δὲ φλὸξ ὦρτο θεείου καιομένοιο. Atque imprimis hoc quod posui convenire videtur et verbis οὐ γὰρ — ἀφορμᾷ, et speciosae *Meinekii* coniecturae, qua lucem attulit iis, quae item corrupta supra dicebam: τί μὰν ἀφήσει βέλος, quam emendationem ipse praefero ei, quae mihi occurrit:

τί μὰν ΑΘΡΗΣΩ (ἀθρήσω) τέλος;

Oed. Col. 1500 sq.:

τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος,
σαφὴς μὲν αὐτῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου;

Legens haec atque relegens haesitare soleo admiratus, cum unum chorum poeta fecerit clamitantem ac vociferantem, Oedipum vero non cum choro sed cum Antigona pauca colloquentem, communem vocari clamorem Oedipi atque chori (*κοινὸς ἠχεῖται κτύπος*). Adde pervulgatam illam consuetudinem, cum in aliis rebus tum in novi nuntii significatione vocabula *αὖ — καινός* coniungendi, aut adiectivum *καινός* adhibendi; cf. Oed. Col. 1543: *ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν σφῷν αὖ πέφασμαι καινός.* 1507: *τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ Λαΐου, νέορτον αὖ;* Eur. Orest. 790: *τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις;* Med. 705: *τόδ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν.* Tro. 707: *τίν' αὖ δέδορκα τόνδ' Ἀχαϊκὸν λάτριν στείχοντα καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων;* El. 1121: *ἀν' αὖ σὺ ζωπυρεῖς νείκη νέα.* Hipp. 866: *τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς ἐπιφέρει θεὸς κακόν.* Soph. Oed. Col. 722: *τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν;* Hinc perspicuum fit, scribendum esse:

τίς αὖ παρ' ὑμῶν καινὸς ἠχεῖται κτύπος;

Fortasse propter ea, quae accedunt, *σαφὴς μὲν κτλ.* adiectivum *κοινός* necessarium nescio quis duxit: quamquam hoc malo existimare, *καινός* perperam in *κοινός* commutato, quae non infrequens est permixtio (cf. Eur. Herc. fur. 831 et Ion. 1178), additum esse versum illum:

σαφὴς μὲν αὐτῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου

docti alicuius homunculi sedulitate; quo versiculo eiecto tantum abest ut de orationis elegantia quicquam deminutum sit, ut accedat ei aliquid vigoris atque alacritatis. —

Nuntius Oedipum narrat a suis discessurum precatum a Theseo esse, ut tueretur filias earumque saluti amice prospiceret: quae quidem his verbis expressa sunt

Oed. Col. 1633 sqq.: *καὶ καταίνεσον*
μή ποτε προδώσειν τάσδ' ἑκών, τελεῖν δ' ὅσ' ἂν
μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί.

Atque convertit haec Thudichum: *und gelobe mir*
sie hinzugeben willig nie, und stets zu thun
was ihnen heilsam achten wird dein weiser Rath;

similiterque Hartungius: *leisten was dein Herz für deren Bestes je erachten mag*. Repraesentavit igitur uterque sententiam, quam necessariam hoc loco esse nemo non videt, quae tamen non inest in verbis *τελεῖν δ' ὅσ' ἂν μέλλῃς*. In his enim nihil de iudicio quodam et deliberatione eorum, quae filiabus Oedipi esse videantur utilissima, sed hoc significant potius: *pollicere, te executurum esse quidquid in animo habeas exsequi*. Hanc autem sententiam propterea perversam iudico, quoniam num quid Theseus animo agitet Oedipum cognitum habere non licet statuere. Videtur potius *μέλλῃς* perperam irrepsisse ex v. 1774: *δράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἂν μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν κτλ.*, ubi cum de suis ipse consiliis Theseus loquatur, aptissime dicit: *μέλλω πράσσειν*. Quae cum ita sint, emendatione opus esse videtur, quam non difficile est invenire. Pro *ΜΕΛΛΗΙC* enim scribendum sine dubio *ΝΕΜΗΙC* h. e. *τελεῖν δ' ὅσ' ἂν*
νέμῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί.

Trach. 79: *ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν*
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον κτλ.

Postquam qui comites hunc insequuntur versus, cum haud exiguis laborarent incommodis, non sine unius quasi amputatione ad sanitatem nescio quam revocati sunt, Nauckius non discrepans ille quidem a Dindorfio de locutione *τελευτὴν — τελεῖν* dubitat, cui similia exempla atque gemina adhuc indagata nulla sunt. Differunt enim aliquantum, qui-

bus Schneidewinus praesidii loco utebatur. Oed. Col. 1720: *ἔλυσεν τὸ τέλος βίου*. Oed. R. 1530: *πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ*, idemque dicendum de his est: Trach. 1171: *ἔφασκε μόχθων τῶν ἐφεστώτων ἐμοὶ λύσιν τελεῖσθαι*. Eur. El 956: *πρὶν ἂν τέλος γραμμῆς ἵκηται καὶ πέρας κάμψῃ βίου*. Hipp. 87: *τέλος δὲ κάμψαιμ᾽ ὥσπερ ἠρξάμην βίου*. Cic. p. Mur. 16. 34: ***neque vero eius belli conficiendum exitum tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium detulisset***; quo quidem insigni ornatu orationem Cicero eo consilio illustravit, ut Lucullo blandiretur, qui prope nihil nisi exitum belli Pompeio reliquisset. Non reperiuntur igitur quae paria dixeris Sophocleis illis, ut non mirum sit, Meinekium quoque (*Anal.* p. 289) coniecturae periculum fecisse. Nec tamen probabile est, quod hic proposuit: *τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει λύειν*, praeferremque quod Nauckio occurrit: *μέλλει περᾶν*, nisi melius suppeditaret Pindari illud Olymp. XIII, 57: *ἐδόκησαν — μαχᾶν τέμνειν τέλος*. Quae si quis consideraverit, non dubitabit opinor, quin Sophoclei loci haec sit emendatio aptissima:

ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τεμεῖν, κτλ.

Deianira Iolen sic alloquitur

Tr. 307: *ὦ δυστάλαινα, τίς ποτ᾽ εἶ νεανίδων;*
ἄνανδρος ἢ τεκοῦσα; πρὸς μὲν γὰρ φύσιν
πάντων ἄπειρος τῶνδε, γενναία δέ τις.

Haec non sine causa miratus Meinekius (*Anal* p. 292) „*vix reperies*, inquit, *eorum qui emendate loqui didicerunt, qui πάντα ut hoc loco* (v. 309) *factum est*, *dixerit, ubi* ***de duabus rebus*** *sermo iniectus est.*" Nimirum *πάντα τάδε* nihil aliud significat nisi *τέκνα τεκεῖν καὶ γαμεῖσθαι*, quasi vero utrumque opus sit commemorari, ac non quod in hac causa gravissimum est satis sit unum: *τέκνα τεκεῖν*. Ineptum igitur *πάντων — τῶνδε*: nec vero multum proficitur Meinekii

coniectura: *πάντως ἄπειρος τῶνδε.* Quid enim? commodane de ea re dubitabat Deianira, coniugii officia laboresque aliqua ex parte Iole an totos penitusque sustinuisset? Minime hercle! Neque prorsus concinunt, quae quis conferri iusserit: Eur. Med. 1090 sq.: *καί φημι βροτῶν οἵτινές εἰσιν πάμπαν ἄπειροι μηδ' ἐφύτευσαν παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν τῶν γειναμένων*, ubi non *γυναικῶν*, quae vox antecedit, sed ut sententiae natura fert *παίδων* audiendum est; cf. Androm. 419: *πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἄρ' ἦν ψυχὴ τέκν'· ὅστις δ' αὔτ' ἄπειρος ὢν* (sc. *τέκνων*) *φέγει, κτλ.* Certe *πάντως* languidi aliquid habet. Quare aliunde salutem quaerere malo. Atque mihi quidem a sententiae ratione nonnihil commendationis habere hoc videbatur:

γάμων ἄπειρος, τῶν δὲ γενναίων γέ τις,

cf. Oed. Col. 751: *οὐ γάμων ἔμπειρος.* Eur. Med. 672: *δάμαρτος οὔσης, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν*; Zopyr. fr. (p. 646. N.): *μηδεὶς ἄπειρος τῶν ἐμῶν εἴη φίλων ἔρωτος, εὐτυχοῖ δὲ τὸν θεὸν λαβών.**) Herodot. II. 111: *ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα ἄπειρος.* At considerans quae scholiastes adnotavit: *ὅσον μὲν γάρ ἐστιν ἐκ τῆς ἡλικίας καὶ φύσεως τῶν σωμάτων στοχάζεσθαι, ἄπειρος εἶ τῶν ἐκ τοῦ γάμου προσγινομένων· ἔοικας δ' ὅμως τις εἶναι εὐγενής*, hoc intellexi, *γάμων* quidem eum non legisse, videri legisse *γενναία δέ τις*, quod ipsum in codicibus est. Itaque praestat aliam viam ingredi, qua et sententiae subveniamus neque fidem neglegamus scholiastae. Quod utrumque feceris, hoc modo si orationem emendaveris:

*) Sic enim hunc locum emendaverim; cf. Eur. Herc. fur. 613: *τὰ μυστῶν δ' ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών.* Iph. Taur. 329: *οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ' εὐτύχει βαλών.* De optativi autem forma cf. Valcken. ad Eur. Hippol. 469. Meineke Anal. Soph. p. 209. Apud Euripidem haec inveni: *εὐτυχοῖ* (El. 1077), *δυστυχοῖ* (Suppl. 898), *εὐορκοῖμι* (Orest. 1517), *ὠφελοῖμι* (Hel. 157), *ὠφελοῖς* (Androm. 679), *ὠφελοῖ* (Rhes. 626), *δοκοῖ* (Iph. Taur. 1336)

πρὸς μὲν γὰρ φύσιν
χαμάτων ἄπειρος τῶνδε, γενναία δέ τις.

Quod saepenumero enim factum esse constat, ut in clausula vel initio versus verba oblitterarentur, hoc quoque loco accidisse quis mirabitur? Fac igitur de vocabulo *χαμάτων* nihil relictum fuisse nisi: *ΜΑΤΩΝ*, concedes proclive fuisse scribere *ΠΑΝΤΩΝ*. Quam sit aptum autem quod coniecci vocabulum, per se patet. eodemque in simili causa Sophocles usus est Oed. R. 174: *οὔτε γὰρ ἔκγονα κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται, οὔτε τόκοισιν ἰηίων χαμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες.* Uti hic autem *χαμάτων ἄπειρος*, sic *πόνων ἄπειροι* legitur Pind. fr. 120, 2; *ἄθλων ἄπειρος* Theogn. 1013; *κακῶν ἄπειρος* Soph. Ant. 1191; *καλῶν ἄπειρος* Eur. fr. 271, 3; *νόσων ἄπειρος* Aesch. fr. 340, 2. Eur fr. inc. 1055, 4.

Phil. 620: *τὸ σπεύδειν δέ σοι*
χαὐτῷ παραινῶ, κεἴ τινος κήδει πέρι.

Insolens est constructio verbi *κήδεσθαι*, quod cum solo genetivo coniungi solet. A qua lege nisi forte consulto putandus est declinasse poeta, qui scripserit Ant. 283: *δαίμονας λέγων πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι*, vide an scribendum sit:

κεἴ τινος κήδοι' ἔτι.

Nec difficile est intellectu, quem ad modum illud in libros irrepserit. Si quis per errorem enim pro *κήδοι'* legerat *κήδει*, necessario *ἔτι* commutandum ei erat, quod in *περί* commutare sane proclive erat, praesertim cum in ipsis codicibus haec scripturae varietas haud raro inveniatur, ut Eur. Alc. 520; cf. Nauck. Eur. Stud. II. p. 64. — De optativo denique cf. Soph. Oed. R. 851. Ant. 1032.

Fragm. 193: *γλῶσσ' ἐν οἷσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχεις,*
ὅπου λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον.

Pro ἔχεις scribendum esse ἔχει iam Brunckius vidit. Cetera alius aliter correxit. nec tamen eae sunt coniecturae, quae satis placeant. Fortasse poeta scripsit:

γλῶσσ' ἐν νέοισιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχει,
ὅπου (ὅτοις?) λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον.

Fragm. 786, 7: *χὤταυπερ αὑτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,*
πάλιν διαρρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

In egregia hac varietatum fortunae cum lunae accretione et deminutione luminis comparatione dubito vehementer num Sophocles lunam dixerit *εὐγενεστάτην*, quod adiectivum expediri hoc loco nequit. Neque a poeta id profectum, sed librariorum vel inscientia genitum vel neglegentia. Sophocles quidem scripsit sine dubio:

χὤταυπερ αὑτῆς εὐπρεπεστάτη φανῇ κτλ.,

quod adiectivum, cum soleat saepenumero de corporis formositate dici, ut Eur. Hec. 269: *ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη.* Alc. 333: *οὔτ' εἶδος ἄλλως [ἄλλη 'στ'? cl. Androm. 6.] εὐπρεπεστάτη γυνή.**) Iph. Aul. 822: *τήνδε τίνα λεύσσω ποτὲ γυναῖκα, μορφὴν εὐπρεπῆ κεκτημένην;* El. 1074: *οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύρασιν εὐπρεπὲς φαίνειν πρόσωπον.* Xenoph. Comment. II, 1, 22: *καὶ*

*) Quam praetereas de vi vocabuli *εἶδος* hoc addo: quod olim *de ubert. or. Soph.* I. p. 19. breviter indicaverim, mulieris potissimum describi illo figuram, confirmari fere omnibus locis poetarum, qui post Homeri aetatem fuerunt. Nec repugnat quod apud Euripidem de Baccho dicitur Bacch. 53: *ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω.* Huius enim forma erat mulieri similis; cf. Bacch. 236· *χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων·* 353· *τὸν θηλύμορφον ξένον.* Item quod Eur. Suppl. 889 *Παρθενοπαῖος εἶδος ἐξοχώτατος* vocatur, non sine ratione nominis videtur scriptum esse; ceterum is erat, qui ipse haberet *πολλοὺς ἐραστάς* (v. 899). Hinc de puero amabili Theognis 1320: *ὦ παῖ — σὸν δ' εἶδος πᾶσι νέοισι μέλει.* Unus, quod sciam, Aeschylus dixit Pers. 324. *εὐειδὴς ἀνήρ·* at de Hyperbio Sept. 507: *οὔτ' εἶδος οὔτε θυμὸν οὔθ' ὅπλων σχέσιν μωμητός.*

φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι μεγάλας, τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον κτλ.: ad rem maxime accommodatum est. Accedit alia huius emendationis commendatio, posita illa quidem in permixtione vocabulorum *εὐπρεπής* et *εὐγενής* haud infrequenti; velut Soph. fr. 779: *λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὐπρεπὴς χαλκός* Plutarchus Mor. p. 1129. C. exhibet *εὐγενὴς χαλκός*. Neque in eo offendes, *εὐπρεπεστάτη* diei non adiuncto nomine, quo *ratio* praestantiae accuratius describatur. Etenim quae antecedunt: *ἔρχεται νέα πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη*, dilucide declarant, *corporis* significari summam pulchritudinem; praeterea cf. Eur. El. 951: *τὰ γὰρ τέκν' αὐτῶν Ἄρεος ἐκκρεμάννυται, τὰ δ' εὐπρεπῆ δὴ κόσμος ἐν χοροῖς μόνον.* Iph. Aul. 386: *ἀλλ' ἐν ἀγκάλαις εὐπρεπῆ γυναῖκα χρῄζεις, τὸ λελογισμένον παρεὶς καὶ τὸ καλόν, ἔχειν;* Non opus igitur est, de quo ipse cogitabam, corrigere: *χὤταυπερ αἴγλην εὐπρεπεστάτη φανῇ*, cf. Hom. Od 4, 45: *ὥς τε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης.* Hymn. 32, 3: *Μήνην ἀείδειν τανυσίπτερον ἔσπετε, Μοῦσαι, — ἧς ἄπο αἴγλη γαῖαν ἑλίσσεται οὐρανόδεικτος.* Ib. 5. Eur. Suppl. 990: *τί φέγγος, τίν' αἴγλαν ἐδίφρευε τόθ' ἅλιος σελάνα τε κατ' αἰθέρα.* Schaefer. Melet. crit. p. 33. Wernicke ad Tryphiod. p. 80. Vater ad Rhes. p. 203. — De genativo autem illo pronominis reflexivi, qui superlativis addi solet ad summam rei perfectionem significandam, cf. Eur. fr. 183, 3: *ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει βέλτιστος ὤν.* Sauppe ad Xen. Comm. I, 2, 46. Classen. ad Thuc. I, 8, 3. Matth. Gr. Gr. §. 460. Krueger. Gr. §. 49. 9. et 3.

Habes analecta maximam partem Sophoclea: adiungam deinceps

Euripidea.

Polymestore effossis oculis domo egrediente Hecuba haec ait
Hec. 1054: *ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι*
θυμῷ ῥέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ,
in quibus verba *θυμῷ ῥέοντι* Euripidis interpretibus difficultates pararunt. Ac defendi ea posse loco illo Demosthenico (de cor. p. 272, 20): *θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν*, recte Hermannus negavit, qui id quod plerique fecerunt deteriorem recepit nonnullorum codicum scripturam: *θυμῷ ζέοντι*. Neque vero meliorum librorum auctoritas neglegenda est, ac, si qua opus est emendatione, ad illos ea accommodanda. Idem statuens Nauckius nuper *Eur. Stud.* I. p. 59 sq. *πολλῷ ῥέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ* coniecit docteque uti solet de potestate huius verbi disputavit. Vereor tamen eius accedere sententiae, quoniam non verisimile videtur esse, *πολλῷ* librariorum vitio depravatum esse in *θυμῷ*. Probabilius certe dixeris, non *ΘΥΜΟΙΡΕΟΝΤΙ* scripsisse poetam sed *ΟΙΜΟΥΠΕΡΟΝΤΙ*, h. e.:
οἴμου περῶντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ,
cl. Xen. Conviv. 14, 31: *ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι.* Neque audacius mutatam dices librorum scripturam, si quidem *ΠΕΡΟΝΤΙ* facillime in *ΡΕΟΝΤΙ* commutari poterat: consimile autem vitium deprehenditur Soph. Oed. Col. 351, ubi pro *ΔΕΥΤΕΡ* in Laur. exstat *ΔΕΥΡ*. Sed unus residet mihi scrupulus: dubium est enim, num *οἴμου ἀφίστασθαι* liceat dicere pariter atque *οἴμου ἐξίστασθαι.* Atque in hac dubitatione malo ingredi viam tutiorem. Fac enim *θυμῷ* ortum esse ex *θυμόν*, *ῥέοντι* autem ex *πνέοντι*, quod vitium aliis quoque locis commissum est, velut Soph. Ant. 1238 vel in optimo libro Laur. pro *πνοὴν* scriptum est *ῥοήν*: omnia

concedes recte procedere. Quam sit aptum enim ad sententiam illud quod dixi:

θυμὸν πνέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ,

haec demonstrant: Rhes. 785 sq.: *ἤλαυνον, αἱ δ' ἔρρεγκον ἐξ ἀντηρίδων θυμὸν πνέουσαι κἀνεχαίτιζον φόβῳ.* cf. Phoen. 454: *σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς.* Arist Av. 1397: *τὴ τὸν Δί' ἦ 'γώ σου καταπαύσω τὰς πνοάς.* Aesch. Sept. 53: *σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων ἔπνει.* Soph. El. 610: *ὁρῶ μένος πνέουσαν.* Aesch. Eum. 840: *πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον.* Choeph, 34: *ἐξ ὕπνου κότον πνέων.* 951: *ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον.* Agam. 1309: *φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοσταγῆ.* Eur. Iph. Taur. 288: *πῦρ πνέουσα καὶ φόνον* Wernicke ad Tryphiod. p. 400.

In iis locis qui exspectant adhuc emendatorem suam, est inprimis referendus hic in Hec. 1214 sqq.:

ἀλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἐσμὲν ἐν φάει,
καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο,
ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν

Nemo enim inventus est, qui *καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ* v. 1215 ita explicaret, ut expedita esset sententia atque aperta. Neque, qui deinceps coniecturae remedio nuper usi sunt, Nauckius, M. Seyffertus, Hirzelius persanasse laborantem orationem putandi sunt. Nauckius enim qui *Eur. Stud.* I. p. 24 proposuit: *καπνῶδες ἡμῖν δ' ἄστυ πολεμίων ὕπο,* adiectivum elegit, quo vereor ne quod ipse velit non exprimatur, *incendio deletam Troiam iacere.* Neque vero probabilius est quod M. Seyffert. (*Mus. Rhen.* XV. p. 51) invenit: *καπνῷ δὲ σῆμ' ἦν*, qui dubito num hodie ipse retineat, postquam Hirzel. (*de Eur. in compon. diverb. arte* p. 30 sq.*) recte, ut mihi quidem videtur, coniecturam illam refutavit. Atque etiam de iis velim cogitet vir litteratissimus,

quae sunt apud Plautum Curc. 1. 1. 53: *fumo comburi nil potest, flamma potest.* Nihil autem proficies, si comparaveris Hec. 823: *καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ*, vel Hec. 477: *χθονὸς θ', ἃ καπνῷ κατερείπεται τυφομένα δορίκτητος Ἀργείων*, cf. Tro. 145: *τύφεται Ἴλιον*, vel Tro. 8: *Φρυγῶν πόλει, ἣ νῦν καπνοῦται.* 586: *ἃ (πόλις) καπνοῦται.* Pind. Pyth. V, 84: *καπνωθεῖσαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον ἐν Ἄρει.* Aesch. Agam. 818: *καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις.* Venio denique ad Hirzelium, qui quod l. l. melius putat:

καπνῷ δ' ἐρῆμον ἄστυ πολεμιών ὕπο,

nimio suae coniecturae amore occaecatus videtur existimare. Quid enim? rectene sapit, qui fumo credit urbem vastari posse? Vides haud exiguas esse difficultates, quas vereor propemodum ut ita tollam, ut vere sublatae esse videantur. Nihilo setius dicam quod sentio. Atque depravatum duco non solum *δ' ἐσήμην*, verum etiam *καπνῷ*. Pro *ΚΑΠΝΩΙ* autem scribendum esse suspicor *ΚΑΓΝΩC*, cf. Hec. 776: *ἐπειδὴ συμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν.* Gravius vero corruptum videtur esse *ΔΕΣΗΜΗΝ*, quod possis forsitan mutare in *ΠΕΣΟΝΔΗΤ*, ut haec exsistat Hecubae oratio:

κἄγνως πεσὸν δῆτ' ἄστυ πολεμίων ὕπο,

cf. Hec. 5: *ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ.* 1112: *εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί.* Tro. 868: *γῆ δορὶ πεσοῦσ' Ἑλληνικῷ.* 1161. 1299. Rhes. 398: *καὶ μὴ τοὐπὶ σ' Ἀργείων ὕπο Τροίαν ἐᾶσαι πολεμίων πεσεῖν δορί.* Sed non ausim asseverare confidentius, scripsisse haec Euripidem, quoniam paulo violentius quae manca sunt correcta videntur. Item vereor tamquam Euripideum praedicare:

κἄγνως τὸ μηδὲν ἄστυ πολεμίων ὕπο,

quamquam sententia non repugnat; cf. Iph. Taur. 519: *φασὶν οὐκέτ' οὖσαν οἴχεσθαι δορί.* Atque ne mireris τὸ

μηδέν carere suo participio: quod omisi facile auditur, ut apparet ex his Electrae querelis Soph. El. 1165 sq. *τοιγὰρ σὺ δέξαι μ' εἰς τὸ σὸν τόδε στέγος τὴν μηδὲν εἰς τὸ μηδὲν κτλ.* cf. Aiac. 1231 Sed mitto haec. Quoniam *M* et *Σ* haud raro permiscentur, haec mihi visa est emendatio maxime probabilis:

κἄγνως δαμὲν δῆτ' ἄστυ πολεμίων ὕπο.

De verbo *δαμῆναι* autem cf. Soph Trach. 432: *ὃς σοῦ παρὼν ἤκουσεν, ὡς ταύτης πόθῳ πόλις δαμείη πᾶσα.* Phil. 200: *ᾧ (χρόνῳ) λέγεται χρῆναί σφ'* (i. e. *Τροίαν*) *ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι.* Neque alienum est conferre Hor. Ep. I, 2, 21. ubi Ulixes vocatur d o m i t o r Troiae

P h o e n. 1704. Oraculi mentionem cum Oedipus fecerit, Antigona ex patre quaerit:

ὁ ποῖος; ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά;

in quibus quamquam per se *ἀλλ' ἦ* nihil habet offensionis, quod in eiusmodi causa saepius adhibetur, ut Soph. Phil. 414: *πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ χοὖτος οἴχεται θανών;* Eur. Alc. 58: *πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ καὶ σοφὸς λέληθας ὤν;* Hipp. 859: *τί δή ποθ'; — ἀλλ' ἦ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη;* Aesch Cho. 220. 774. cf. Elmsl. ad Heracl. 426. Pflugk. ad Alc. 58; nihilo minus consuetudo et Euripidis et ceterorum poetarum tragicorum prope poscere videtur,ut scribatur:

ὁ ποῖος; ἄλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά;

cf. Alc. 557: *καὶ πρὸς κακοῖσιν ἄλλο τοῦτ' ἂν ἦν κακόν.* Bacch. 834: *ἦ καί τι πρὸς τοῖσδ' ἄλλο προσθήσεις ἐμοί;* Iph. Aul. 1536: *μή μοί τιν' ἄλλην ξυμφορὰν ἥκῃς φέρων πρὸς τῇ παρούσῃ.* Hipp. 874: *οἴμοι· τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακόν.* Hec. 588: *παρακαλεῖ δ' ἐκεῖθεν αὖ λύπη τις ἄλλη διάδοχος κακῶν κακοῖς.* Suppl. 71: *ἀγὼν ὅδ' ἄλλος ἔρχεται, γόος γόων διάδοχος.* Hel. 37: *τὰ δ' αὖ Διὸς βου-*

λεύματ' ἄλλα τοῖσδε συμβάλλει κακοῖς (ita enim nuper emendandum hoc duxi; cf. *Ann. phil. et paed.* 1864. p. 321). Phoen. 1338: *μεγάλα γὰρ φέρω κακά. ΚΡ. πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν.* Heracl. 17: *πρὸς τοῖς γὰρ ἄλλοις καὶ τόδ' Εὐρυσθεὺς κακοῖς ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι.* cl. 482. Aesch. Agam. 865: *τὸν δ' ἐπεσφέρειν κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα.* Cho. 404: *ἄτην ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ.* Philem. com. fr. inc. 5, 9: *κακὰ πρὸς τοῖς κακοῖσιν ἕτερα συλλέγει.* Soph. Oed. Col. 544: *δευτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον.* cl. Eur. Iph. Aul. 1235. Androm. 396: *ἄχθος δ' ἐπ' ἄχθει τῷδε προσθέσθαι διπλοῦν,* quibus usus emendavi olim Soph. Trach. 331: *μηδὲ πρὸς κακοῖς τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ διπλῆν λάβοι.* Non ignoro quidem, inveniri etiam eiusmodi locos nonnumquam, qui careant vocabulo *ἄλλος*, ut Aesch. Pers. 531: *μὴ καί τι πρὸς κακοῖσι προσθῆται κακόν.* Soph. Phil. 1266: *μῶν τί μοι μέγα πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν;* Ant. 595: *πήματα φθιτῶν ἐπὶ πήμασι πίπτοντα.* Eur. Hel. 1163: *ἐπὶ δὲ πάθεα πάθεσι φέρεις.* Herc. fur. 1075: *πρὸς δὲ κακοῖς κακὰ μήσεται.* 1213: *κακὰ θέλων κακοῖς συνάψαι,* sed cum *ἀλλ'* hic legatur, in infinita illa similium locorum multitudine praestat pro *pronomine* habere quam pro adverbio. Neque dissuadet particula *ἢ* post *ἄλλα* collocata; saepius enim est sententiae interposita, ut Eur. El. 967: *τί δῆτα δρῶμεν; μητέρ' ἢ φονεύσομεν;* Suppl 106: *οἱ δ' ἀμφὶ τόνδε παῖδες ἢ τούτου τέκνα;*

Med. 958. Medea vestem tradens liberis:

> *λάζυσθε,* inquit, *φερνὰς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας*
> *καὶ τῇ τυράννῳ μακαρίᾳ νύμφῃ δότε*
> 958. *φέροντας· οὔτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.*

Quae mandans minus apte, nisi fallor, extrema addit, de Creontis filia tantum cogitans: *οὔτοι δῶρα μεμπτὰ δέξε-*

ται, quamquam probe scio id potissimum agere Medeam, ut suis manibus donum illa comprehendat, cf. v. 972 sq. Sed hoc ipso demum loco Medea liberis illud praecipit, neque est, cur bis significetur. Multo magis accommodatum est, cum praesertim *peroret* Medea, *universe* dictum de vestis praestantia, quo perstringat etiam Iasonem. Quare pro *ΔΕΞΕΤΑΙ* scribendum arbitror *ΛΕΞΕΤΑΙ* h. e.

οὔτοι δῶρα μεμπτὰ λέξεται,

i. e. *profecto haud contemnendum praedicabitur munus*. De verbo *λέξεται* autem cf. Iph. Taur. 1047. Porson. ad Hec. 293.

Med. 1194: *πῦρ δ᾽, ἐπεὶ κόμην*
ἔσεισε, μᾶλλον δὶς τόσως τ᾽ ἐλάμπετο.

Quae Schenkl. (*Ann. phil. et paedag.* Vol. 85. p. 840) ad stabiliendam codicum scripturam *ἐλάμπετο* assimilavit: Arist. Ran. 293: *πυρὶ γοῦν λάμπεται ἅπαν τὸ πρόσωπον*, et Xen. Anab. III, 1, 11: *ἔδοξεν αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν εἰς τὴν πατρῴαν οἰκίαν καὶ ἐκ τούτου λάμπεσθαι πᾶσαν*, aliquid manifesto differunt a loco Euripideo. ut Nauckii quidem sententia (*Eur. Stud.* I. p. 133) iis non redargui videatur. Neque vero *ἐθάλπετο*, quod hic coniecit, probaverim. Melius nisi vehementer fallor sarcitur damnum hac coniectura:

μᾶλλον δὶς τόσως τ᾽ ἐδαίετο.

ΕΔΑΙΕΤΟ enim facile mutari poterat in *ΕΛΑΜΠΕΤΟ*. De ipso autem verbo cf. Soph. Trach. 765: *ὅπως δὲ σεμνῶν ὀργίων ἐδαίετο φλόξ*. Hom. Il. XVIII, 227: *ἐπεὶ ἴδον ἀκάματον πῦρ δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς μεγαθύμου Πηλείωνος δαιόμενον*.

Hipp. 302. Nutrix cum iterum frustra explorare studuerit, quo maerore Phaedra crucietur, chorum sic appellat:

γυναῖκες, ἄλλους τούσδε μοχθοῦμεν πόνους,

302 *ἴσον δ' ἄπεσμεν τῷ πρίν·*

in quibus fateor me pro sanis non habere: *ἴσον δ' ἄπεσμεν τῷ πρίν*, quae interpretari fere solent: „*tam procul absumus a proposito quam antea.*“ Deest vero apud Euripidem, quod hic gravissimum est „*a proposito,*“ quod dubito num facile possit audiri. Quam multo apertius Hercules Alc. 522, non satis perspecta Admeti sententia: *οὐδέν τι μᾶλλον οἶδ'· ἄσημα γὰρ λέγεις.* Oblitteratum est, quod scripsit poeta: *ΓΑΡΙΣΜΕΝ* commutatumque in *ΔΑΠΕΣΜΕΝ*, ut hanc habeas nutricis orationem satis dilucidam:

> *γυναῖκες, ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους·*
> *ἴσον γὰρ ἴσμεν τῷ πρίν·*

i. e. ***nihil expressimus.*** Cf. Orest. 738: *ὥσπερ οὐκ ἐλθὼν ἐμοί γε ταὐτὸν ἀπέδωκεν μολών.* Similia autem haec sunt Eur. Med. 28 sq.: *ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων* i. e. *οὐκ ἀκούει.* Soph. Phil. 861: *ἀλλά τις ὡς Ἀΐδᾳ παρακείμενος ὁρᾷ.*

Hipp. 715: *καλῶς ἔλεξας· ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ*
εὕρημα δῆτα τῆσδε συμφορᾶς ἔχω.

Tam copiose tamque diligenter de hoc loco Nauckius (*Eur. Stud.* II. p. 29) disputavit, ut non opus sit de coniecturis exponere, quae a doctis viris ad expediendam hanc Phaedrae orationem adhuc propositae sunt. Quarum omnium una maxime mihi probatur Monkii, qui *προσκοποῦσ'* v. 715 scribendum esse suspicatus est. Nec tamen hac emendatione discussa omnia, quae obscurant orationem. Aliquam autem lucem afferunt scholiastae verba, qui haec adnotat: *μετατρέπουσα, φησί, καὶ πολλὰ δοκιμάζουσα καὶ εἰς πολλὰ μεταφέρουσά μου τὴν γνώμην, ἓν μόνον ἴαμα τῆς ξυμφορᾶς εὗρον.* Haec enim efficiunt, accuratae deliberationis significationem expressam illum vidisse, deinde si non ipsum verbum *εὑρεῖν* at simile legisse. *εὕρημα* vero non

legisse, sed vocem potius cui auxilii vis subiecta sit. Quae cum reputarem hoc intellexi, primum pro ἓν scribendum esse εὖ, deinde in *ΕΥΡΗΜΑ* nihil aliud latere nisi *ΕΝΡΥΜΑ*, pro *ΔΗΤΑ* denique scribendum videri *ΔΕΙΞΑΙ*, quae non ita inter se discrepant, ut permisceri non potuisse dicas. Haec si mutaveris, orationem habebis satis expeditam:

καλῶς ἔλεξας· εὖ δὲ προσκοποῦσ' ἐγὼ
ἓν ῥῦμα δεῖξαι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω.

cf. Soph. Oed. R. 278: *τὸν κτανόντ' ἔχω δεῖξαι.* Fragm. 396. 7: *ὃς στρατοῦ φρυκτωρίαν ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.* Atque ut hoc loco v. 1. 5. 8. *ἐφευρεῖν* et *εὑρεῖν* ita usurpata sunt, ut fere cognata verbo *δεῖξαι* exsistant, eadem verba in simili causa invicem variant orationem apud Aeschyl. Prom. 482: *πρίν γ' ἐγώ σφισιν ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων* cl. v. 469: *τοιαῦτα μηχανήματ' ἐξευρὼν τάλας βροτοῖσιν.* Ib. 468. 460. cl. 458. —

Hipp. 1453. Hippolytus in extremo mortis discrimine patri vale dicens haec pronuntiat:

ὦ χαῖρε καὶ σύ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ

de quibus **Nauckius** (*Eur. Stud.* II. p.45—47) diligenter exposuit, ut nemo possit dubitare, quin verba *καὶ σύ* emendatione egeant. Quod vero idem proposuit: *ὦ χαῖρε καὶ ζῇ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ,* propterea non placet mihi, quod *καὶ ζῇ* importune in epizeuxi illa interpositum esse videtur. Quapropter videat Nauckius, an ipsi probetur, quod mihi occurrit:

ὦ χαῖρ' ἀεὶ σύ, χαῖρε πολλά μοι πάτερ,

qua coniectura hoc nisi fallor efficitur, ut priora cum iis quae sequuntur perbene concinant. Stabilitur autem *ἀεὶ σύ* Homerico illo: *χαῖρέ μοι, ὦ βασίλεια, διαμπερές.*

Alc. 64. Apollo frustra conatus animum Mortis delenire haec acerbe dicit:

ἦ μὴν σὺ παύσει καίπερ ὠμὸς ὢν ἄγαν,

i. e. ut *Fixii* utar interpretatione: „*profecto tu mitesces, quamquam valde crudelis es.*“ Ac non ignoro, *παύεσθαι* dici de animo qui sedetur ac mitigetur, ut Hom. Il. XIV, 260: *ὁ δ' ἐπαύσατο χωόμενός περ.* Quaenam autem animi reaedat perturbatio, aut ex nomine quod subiecti loco accedit solet cognosci, aut ex ipsa apparet sententia. Hoc vero loco non perturbatione commotus exsistit *θάνατος*, sed animo inexorabili; hos describit *τρόπους* v. 61. Haec autem animi natura admodum dubito num recte possit *παύεσθαι* dici. Immo cum v. 60 Apollo precatus sit, ut ille indulgeat sibi: *οὔκουν δοκεῖ σοι τήνδε μοι δοῦναι χάριν*; et v. 48 idem dixerit: *οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε*, videtur emendandum esse:

> *ἦ μὴν σὺ πείσει, καίπερ ὠμὸς ὢν ἄγαν*,

i. e. *utique obsequere, quamquam admodum atrox es.* cf. Soph. Aiac. 592.

Alc. 654:
> *ἥβησας μὲν ἐν τυραννίδι,*
> *παῖς δ' ἦν ἐγώ σοι τῶνδε διάδοχος δόμων,*
> *ὥστ' οὐκ ἄτεκνος κατθανὼν ἄλλοις δόμον*
> *λείψειν ἔμελλες ὀρφανὸν διαρπάσαι.*

Cum saepenumero duo continui versus iisdem vocabulis ita finiantur, ut terminatione illa discrepent (cf. Heisig. comm. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 186. Schoemann. schol. in Ion. Eur. Prol. p. 8. Hirzel. de Eur. in comp. div. arte p. 76), per se quidem *δόμων* v. 655 nihil habet offensionis. At dubitatio aliqua nascitur, ubi sententiae ratio aliud vocabulum si non flagitat at commendat tamen. Quod quidem nescio an hoc loco statui liceat. Quae antecedit enim dominationis mentio ita fert, ut *τῶνδε διάδοχος θρόνων* multo praestare videatur librorum scripturae. Accedit, quod satis frequens est vocabulorum *δόμοι* et *θρόνοι* in libris scriptis commutatio; cf. Hipp. 306: quamquam cavendum est, ne abutaris hac

librariorum consuetudine ad temptandos coniecturis locos integerrimos; cf. *de ubert. or. Soph.* II. p. 13 et p. 33, ubi recte mihi videor causam explicasse, cur Sophocles scriberet Aiac. 1016: *κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς*. Adiicere autem poteram quae sunt non dissimilia: Soph. El. 651: *δόμους Ἀτρειδῶν σκῆπτρά τ᾽ ἀμφέπειν τάδε*. Eur. Phoen. 483: *ἔχει τυραννίδ᾽ αὐτὸς καὶ δόμων ἐμὸν μέρος*. *Δόμοι* enim significant *universum patrimonium*. Haud aliter Heracl. 810: *ἢ κτανὼν ἄγου λαβὼν τοὺς Ἡρακλείους παῖδας ἢ θανὼν ἐμοὶ τιμὰς πατρῴους καὶ δόμους ἔχειν ἄφες*. Ib. 311: *ἢν δ᾽ οὖν ποθ᾽ ὑμῖν νόστος εἰς πάτραν φανῇ, καὶ δώματ᾽ οἰκήσητε καὶ τιμὰς πατρός*, ubi ne corrigas quod possis forsitan conicere: *δώματ᾽ εὖ κύρσητε*, cl. Aesch. Sept. 699: *κακὸς οὐ κεκλήσει βίον εὖ κυρήσας*. Eur. Heracl. 374: *οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς κυρήσεις*, prohibent quae feruntur eiusdem poetae Iph. Aul. 1508: *ἕτερον αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν*.

Alc. 703: *νόμιζε δ᾽, εἰ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς*
ψυχήν, φιλεῖν ἅπαντας·

Aperte non incertus Pheres est, utrum vitae studiosus Admetus sit nec ne, neque apte dicit, omnes vitam amare si quidem Admetus amet, sed hoc eum admonet, pariter atque ipse vitae amans sit esse omnes. cf. v. 691: *χαίρεις ὁρῶν φῶς· πατέρα δ᾽ οὐ χαίρειν δοκεῖς;* Vides huic sententiae repugnare *εἰ* particulam. Quam ob rem non dubito *EI* mutare in *HI*, h. e.

σίγα· νόμιζε δ᾽. ᾗ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς
ψυχήν, φιλεῖν ἅπαντας·

Neque haec una corrupti loci medicina in promptu est. Cum constet enim, *ει* et *ω* sexcenties esse permixta, atque *σ* ante insequens *σύ* facillime posset intercidere, nihil intercedam si quis corrigere maluerit:

σίγα· νόμιζε δ', ὡς σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς
ψυχήν, φιλεῖν ἅπαντας.

Alc. 832. Moleste ferens Hercules, a servo de Admeti calamitate se non edoctum esse, sic eum reprehendit:

ἀλλὰ σοῦ τὸ μὴ φράσαι,
κακοῦ τοσούτου δώμασιν προκειμένου.

Haec aut ita explicant, ut *σοῦ τὸ μὴ φράσαι* admirantis esse dicant et indignantis, aut interpretantur: „*tua culpa est, quod non dixisti.*" Illud probarem, si legeretur: *τοῦ σε μὴ φράσαι*, hoc vero propterea displicet, quoniam proclivior unicuique patet interpretatio: *sed tuum erat non dicere.* Quam verborum ambiguitatem ita duco intolerabilem, ut emendando tollendam existimem. Atque aut illud quod supra posui: *τοῦ σε μὴ φράσαι* corrigendum est, aut pro *ΤΟΜΗ* scribendum *ΤΟΔΗΝ*, i. e. *ἀλλὰ σοῦ τόδ' ἦν φράσαι*
κακοῦ τοσούτου δώμασιν προσκειμένου.

De pronominis genetivo, quo magis usitatum est neutrum pronominis possess., ut Aesch Sept. 232: *σὸν δ' αὖ τὸ σιγᾶν καὶ μένειν εἴσω δόμων* Eur. Iph. Taur. 1203: *σὸν τὸ σημαίνειν τόδε* Androm 988: *κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τόδε.* Heracl. 132: *σὸν δὴ τὸ φράζειν ἐστί.* Suppl. 98: *σὸν τὸ μηνύειν ἐμοί.* Ion. 1020: *σὸν λέγειν, τολμᾶν δ' ἐμόν.* cf. Nauck ad Soph. Oed. Col. 721: de genetivo igitur illo vide Aesch. Eum. 913: *τοιαῦτα σοὔστι.* Extremum autem sententiae verbum *προκείμενον* correxi *Scaligerum* secutus, quoniam de calamitate agitur domum tum quidem urguente.

Androm. 462—63. Andromacha in discrimine mortis vehementius invecta in Menelaum sic perorat:

εἰ δ' ἐγὼ πράσσω κακῶς,
μηδὲν τόδ' αὔχει· καὶ σὺ γὰρ πράξειας ἄν.

Cum haud infrequens haec sit orationis conformatio, ut duo-

bus verbis suum cuique adverbium adiectivumve addatur, velut Soph. fr. 18: *εἰ δείν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.* Aesch. Agam. 1527: *ἄξια δράσας ἄξια πάσχων.* Eum. 868: *εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν.* Eur. Herc. fur. 727: *προσδόκα δὲ δρῶν κακῶς κακόν τι πράξειν,**) satis pervulgata est illa dicendi brevitas,

---

*) Quod Nauckius hoc loco proposuit: *κακόν τι πάσχειν*, aperte non fecit propter locutionem *κακόν τι πράσσειν*, cuius similes permultae reperiuntur, [cf. Androm. 418: *οἷ' ἔπραξα.* Alc. 227: *οἷ' ἔπραξας.* 605: *κεδνὰ πράξειν.* Iph. Aul. 348: *πράσσοντα μεγάλα.* Iph. Taur. 668: *ὡς κοινὰ πράσσουσ', Ἄργος εἰ πράσσοι καλῶς.* Herc. fur. 1114: *πράσσω δ' ἐγώ τι λυπρόν, οὗ δακρυρροεῖς;* Tro. 683: *οὐδὲ κλέπτομαι φρένας πράξειν τι κεδνόν.* El. 1359: *εὐδαίμονα πράσσει.* Orest. 538: *θυγάτηρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἔπραξεν ἔνδικα.* Unde evenit illud ambiguitatis, ut Hec. 1021: *ὡς πάντα πράξας, ὧν σε δεῖ, στείχῃς πάλιν.* cf. Krueger. ad Xen. Anab. VI, 2, 8. Pflugk. ad Eur. Heracl. 438. Vater ad Rhes. 455. O. Schneider ad Isocr. Evag. § 3]: hac igitur ratione non ductus est sed quoniam verbis *δρᾶν* et *ἐργάζεσθαι* non *πράσσειν* solet opponi sed *πάσχειν*, ut et ex iis quos supra attuli locis et ex his intellegitur: Aesch. Pers. 813: *τοιγὰρ κακῶς δράσαντες οὐκ ἐλάσσονα πάσχουσι.* Cho. 313: *δράσαντι παθεῖν.* Soph. Oed. R. 1272: *οὐθ' οἷ' ἔπασχεν, οὐθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά.* Oed. Col. 267: *ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα.* 271: *ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων.* Ant. 928: *μὴ πλείω κακὰ πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.* Phil. 672: *ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν ἐπίσταται.* Fragm. 210: *τὸν δρῶντα γάρ τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.* Eur. Heracl. 176: *μηδ' ὅπερ φιλεῖτε δρᾶν πάθῃς σὺ τοῦτο.* 424: *ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.* Herc. fur. 215: *βίᾳ δὲ δράσῃς μηδέν, ἢ πείσει βίαν.* Androm. 438: *τοὺς παθόντας ἀντιδρᾶν.* Suppl. 1179: *γενναῖα γὰρ παθόντες ὑμᾶς ἀντιδρᾶν ὀφείλομεν.* Androm. 731: *οὔτ' οὖν τι δράσω φλαῦρον οὔτε πείσομαι.* Phoen. 480: *κακόν τι δρᾶσαι καὶ παθεῖν.* Ion. 1248: *ἆρα θέλουσαι δρᾶσαί τι κακὸν τοὺς πέλας αὐταὶ πεισόμεθα.* Fragm. 712: *εἶτα δὴ θυμούμεθα παθόντες οὐδὲν μεῖζον ἢ δεδρακότες.* Fragm. 1075: *ἀνέχου πάσχων· δρῶν γὰρ ἔχαιρες.* Rhes. 483: *ἀρκεῖν ἔοικέ σοι παθεῖν, δρᾶσαι δὲ μή.* Lebon. Deel. Vol. II. p. 84: *δρῶντες ἅττα ἐθέλουσι πάσχειν δύναιντ' ἂν ἅττα ἂν οὐκ ἐθέλοιεν.* Pind. Nem. IV, 32: *ἐπεὶ ῥέζοντα τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.* Eur. Med. 1353: *οἷ' ἐξ ἐμοῦ πεπονθας, οἷά τ' εἰργάσω.*

qua in eadem sententiae comprehensione vocabulum uni verbo adiectum idem in altero audiendum est, cuius breviloquentiae haec habeo exempla: Soph. El. 1026: *εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς.* Eur. Orest. 413: *οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.* Herc. fur. 239: *ἐγὼ δὲ δράσω σ᾽ ἀντὶ τῶν λόγων κακῶς.* Med. 1302: *κείνην μὲν οὓς ἔδρασεν, ἔρξουσιν κακῶς.* El. 1058: *ἆρα κλύουσα, μῆτερ, εἶτ᾽ ἔρξεις κακῶς;* Orest. 560: *ἐμαυτόν, ἣν λέγω κακῶς ἐκείνην, ἐξερῶ· λέξω δ᾽ ὅμως.* cf. El. 907: *τίν᾽ ἀρχὴν πρῶτά σ᾽ ἐξείπω κακῶν, ποίας τελευτάς;* — Hec. 834: *τοῦτον καλῶς δρῶν ὄντα κηδεστὴν σέθεν δράσεις.* Thuc. II, 40, 4: *οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους.* Ex his igitur quae collegi satis putaveris peti posse praesidii ad eam orationis brevitatem tuendam, quae in Andromachae verbis statuenda esse videatur. Nihilo minus secus esse puto. Hic enim non in eadem enuntiati comprehensione verbum iteratum exstat, in quo audiendum sit adverbium, sed in novo est enuntiato, quod ad confirmandum adicitur. Quocirca ne-

---

El. 1170: *σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀνόσια δ᾽ εἰργάσω.* Quae repulsus emendavi olim (in *Klotzii Archiv.* Vol XVII p. 266) Soph. Oed. Col. 1016: *ὡς οἱ μὲν ἐξειργασμένοι σπεύδουσιν, ἡμεῖς δ᾽ οἱ παθόντες ἕσταμεν,* quam emendationem plerique comprobarunt Soph. interpretes. Ac similiter, ut hoc addam, etiam Eur. Orest. 461 pro *αἰδώς μ᾽ ἔχει εἰς ὄμματ᾽ ἐλθεῖν τοῖσιν ἐξειργασμένοις* in Cod. B., quod rem accuratius describere videbatur, scriptum antiquorius est: *ἡμαρτημένοις.* Sed ad Nauckii redeo coniecturam, quae licet non mediocriter eo quoque commendetur, quod permiscentur a librariis nonnumquam *πάσχειν* et *πράσσειν,* ut Eur. Heracl. 27. Androm. 462. cf. Nauck. Eur. Stud. II. p. 75, necessaria tamen non videtur esse, cum librorum scripturam satis haec tueantur Soph. El 1026. *εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς.* Ant. 271: *οὐ γὰρ εἴχομεν οὔτ᾽ ἀντιφωνεῖν, οὔθ᾽ ὅπως δρῶντες καλῶς πράξαιμεν.* Eur. Alc. 246 sq.: *ὁρᾷ σὲ κἀμέ, δύο κακῶς πεπραγότας, οὐδὲν θεοὺς δράσαντας ἀνθ᾽ ὅτου θανεῖ* —

scio an elegantiae orationis consulatur hac emendatione:

εἰ δ᾽ ἐγὼ πράσσω κακῶς,
μηδὲν τόδ᾽ αὔχει· καὶ σὺ γὰρ πταίσειας ἄν,

de quo verbo cf. Aesch. Agam. 1624: *πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πταίσας μογῇς.* Prom. 926: *πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ μαθήσεται, ὅσον κτλ.* Eur. fr. 11: *ἔστι καὶ πταίσαντ᾽ ἀρετὰν ἀποδείξασθαι.* Fragm. 362, 21: *οὐνὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει πταίσας ἁπάσης πόλεος.* Xenoph. Cyri discipl. III, 1, 26: *δοκεῖ μέντοι μοι τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι εὐτυχοῦντα ἐξυβρίσαι καὶ πταίσαντα ταχὺ πτῆξαι κτλ.* Menand. com. fr. inc. CXXVI. (4, 264): *ἄνδρα τὸν ἀληθῶς εὐγενῆ καὶ τἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ δεῖ πταίοντα γενναίως φέρειν.* Id. fr. inc. CXXIX: *μέγιστόν ἐστιν ἄρα τοῖς ἐπταικόσιν τὸ παρόντας ἐγγὺς τοὺς συναλγοῦντας βλέπειν.* Bato com. 1. (4, 499): *ἄνθρωπος ὢν ἔπταικας· ἐν δὲ τῷ βίῳ τέρας ἐστὶν εἴ τις εὐτύχηκε διὰ βίου.* Del. epigr. VII, 46, 2. p. 244 (ed. Iacobs.): *πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν· χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ πολλάκι ναυηγῶν πταίομεν οἰκτρότερα.* Ib. 60, 3, p. 248: *ἢν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ᾽ ἅμα πάντα ἐχθρά, Τύχης ῥιπαῖς συμμεταβαλλόμενα.* Babr. fab. 49, 7: *ὅσ᾽ ἂν παρ᾽ αὐτοῦ δυστυχῇ τις ἢ πταίῃ.* Wernicke ad Tryph. p. 280 sq. Iacobi Com. dict. ind. II. p. 913. v. *πταίω.**)

Tro. 498: *οἲ ᾽γὼ τάλαινα, διὰ γάμον μιᾶς ἕνα*
γυναικὸς οἵων ἔτυχον ὧν τε τεύξομαι.

Prorsus inane esse atque adeo absurdum *ἕνα*, non potest

---

*) Idem verbum nescio an reddendum sit Aeschylo Prom. 885:

θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ᾽ εἰκῇ
στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

cf. Aristot. probl. 3, 31: *ἡ γλῶττα σφαλλομένη πταίει καὶ οὐ δύναται τὴν λέξιν διαρθροῦν.*

negari. Atque licet multi sane et insolentes poetae tragici esse soleant in nominibus numeralibus accumulandis, non invenitur tamen ullus locus, cuius ea sit similitudo, ut hanc orationis molestiam tueatur satis ac defendat. Neque quae v. 368 leguntur: *οἳ διὰ μίαν γυναῖκα καὶ μίαν Κύπριν θηρῶντες Ἑλένην μυρίους ἀπώλεσαν* illi redundantiae patrocinio sunt, ut Nauckius (*Eur. Stud.* II. p. 141) de scripturae integritate recte dubitasse videatur. Incertum vero est, num scripserit poeta, quod eidem visum est: *διὰ γάμον μιᾶς ἄρα*. Mihi quidem quae de eadem re dicuntur consideranti Androm. 103: *Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον ἀλλά τιν' ἄταν ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν*, et Hel. 890: *καταστένει γάμον ἄγαμον*, occurrit:

οἲ 'γὼ τάλαινα, δι' ἄγαμον γάμον μιᾶς
γυναικὸς οἵων ἔτυχον ὧν τε τεύξομαι ·

Cf. de *ubert. or. Soph.* II. p. 10 sq. Oblitterato enim, id quod factum est facillime, *γάμον*, librarii alicuius sedulitas temere numeros explevit, vocula *ἕνα* appingenda.

Tro. 509: *τῶν δ' εὐδαιμόνων*
μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ.

Quod Nauckius (*Eur. Stud.* II. p. 142) in hoc Hecubae dicto vituperavit, non mihi in animo est refutare: assentior enim ei vehementer. Hoc unum ago, ut emendatius si possit efficiam quod ipse emendavit. Commodius enim, si recte sapio, sententiae claudicanti poterat subvenire, si scripsisset non

τῶν δ' εὐδαιμόνων
μηδένα νομίζετ', εὐτυχὴς πρὶν ἂν θάνῃ,

sed *εὐτυχῶν πρὶν ἂν θάνῃ*, quod quam facile in *εὐτυχεῖν* commutatum fuerit, nemo non videt.

In Hectoris verbis

Rhes. 870: *μὴ θνῆσχ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ὄχλος*
vocabulum *ὄχλος* Nauckio (*Eur. Stud.* II. p. 184) displi-

cet, quoniam soleat multitudinem significare, de qua contemptim loquaris. Atque haud raro ita usurpatur, ut et de servorum copia dicatur, velut *οἰκετῶν ὄχλος* Herc. fur. 978, *ὄχλον προσπόλων* Hipp. 842; et de populari contione, ut Orest. 612: *μολὼν γὰρ εἰς ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον.* 884: *ἐπεὶ δὲ πλήρης ἐγένετ' Ἀργείων ὄχλος.* Ib. 871. Hipp. 986: *ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον.* 989. Hec. 533: *νήνεμον δ' ἔστησ' ὄχλον.* 868: *ἐπεὶ δὲ ταρβεῖς τῷ τ' ὄχλῳ πλέον νέμεις.* Iph. Aul. 450: *τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.* 526: *ποικίλος ἀεὶ πέφυκε τοῦ τ' ὄχλου μέτα.* Pind. Pyth. IV, 85: *ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.**) Aut adhibetur de universo coetu hominum ac frequentia, quam mulieres potissimum deceat defugere, ut Orest. 108: *εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.* 119: *ταρβοῦσά τε Ἀργεῖον ὄχλον.* 801: *σμικρὰ φροντίζων ὄχλου.* Herc. fur. 527: *ὁρῶ πρὸ δωμάτων — ὄχλῳ τ' ἐν ἀνδρῶν τὴν ἐμὴν ξυνάορον.* Iph. Aul. 518: *οὔτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον.* 735: *οὐ καλὸν ἐν ὄχλῳ σ' ἐξομιλεῖσθαι στρατοῦ.* 1338: *ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας.* Phoen. 196: *ὄχλος — γυναικῶν.* 1278: *αἰδούμεθ' ὄχλον.* Hec. 805: *εἴργειν ὄχλον τῆς παιδός.* Ib. 607. Hipp. 213: *οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσει.* Hel. 415: *ὄχλον γὰρ εἰσπεσεῖν ᾐσχυνόμην.* Soph. Trach. 424: *ἐν μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ πολύς σου ταῦτά γ' εἰσήκουσ' ὄχλος.* Quibus locis cum aliquam contemptionis notam habere illud vocabulum negari nequeat, saepissime tamen ita adhibetur, ut illa prorsus vacet. Significat enim

---

*) Consulto praetermisi Suppl. 411:

πόλις γὰρ ἧς ἐγὼ πάρειμ' ἄπο
ἑνὸς πρὸς ἀνδρός, οὐκ ὄχλῳ κρατύνεται·

quoniam pro *οὐκ ὄχλῳ* scribendum sine dubio est *οὐχ ὅλων*, quod nuper docui *Ann. phil. et paed.* 1864 p. 327. Quam sit probabilis autem haec emendatio, demonstrat, ut unum exemplum afferam, locus Sophocleus Aiac. 455, ubi verbis *ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος* in La. adscriptum est *γρ. οὐχ ὄχοντος*

quamvis hominum rerumque multitudinem; cf. Hel. 39: *ὄχλου βροτῶν πλήθους τε.* Cycl. 222: *τὸν ὄχλον τόνδ' ὁρῶ πρὸς αὐλίοις;* Hec. 880: *Τρῳάδων ὄχλον.* cl. 884 Bacch. 117: *θηλυγενὴς ὄχλος.* Suppl. 681: *ἁρμάτων ὄχλος.* Aesch. Pers. 955: *φίλων — ὄχλος.* Prom. 827: *ὄχλον — λόγων.* 313: *ὄχλον — μόχθων* (ex emend. *Doederlini*). Imprimis dicitur de militum multitudine et copiis, ut Aesch. Sept. 234: *δυσμενέων δ' ὄχλον.* Eur. Phoen. 148: *ὄχλος — πάνοπλος.* Cycl. 199: *μυρίον δ' ὄχλον Φρυγῶν.* Hec. 521: *ὄχλος πᾶς Ἀχαιικοῦ στρατοῦ.* Rhes. 312: *πολὺς δ' ὄχλος γυμνής.* Androm. 605: *Ἑλλήνων ὄχλον τοσόνδ' ἀθροίσας.* 759: *ἱππικοῦ τ' ὄχλου πολλῶν θ' ὁπλιτῶν ἄρχομεν.* Iph. Aul. 191: *ἵππων τ' ὄχλος.* Suppl. 660: *ἱππότην ὄχλον.* Aesch. Pers. 42: *ἕπεται Λυδῶν ὄχλος.* Sed quid plura! Cum ex his satis appareat, *τεθνηκότων ὄχλος* non repugnare dicendi consuetudini, tum recte dici luculenter patet ex Eur. Suppl. 756: *πῶς φής; ὁ δ' ἄλλος ποῦ κεκμηκότων ὄχλος; Κεκμηκότες* enim dicuntur mortui, cf. Hom. Oed. 11, 476. 24, 14. Eur. Tro. 96. Aesch. Suppl. 158. 231. Del. epigr. VIII, 140, 1. (p. 319) ed. Iacobs. Thuc. III, 59. Plat. Legg. IV. p. 718. A. XI. p. 927. B.*)

---

*) Hinc emendatio petenda est loci Aeschylei

Agam. 1313 *ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν*
Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν· ἀρκείτω βίος.

quo loco *κἀν δόμοισι* perversum esse, fere omnes interpretes hodie consentiunt. Apud *inferos* enim, non in *aedibus* suam Agamemnonisque fortunam se velle deplorare, Cassandra vel extremis quibus perorat verbis: *ἀρκείτω βίος* evidenter declarat. Quod Karsten. vidit, cuius coniecturam *κἀν θανοῦσι*, etsi a litterarum formis parum habet probabilitatis, vehementer laudavit Feod. Rhode (*de Aesch. Agam. quarto episodio* Vratisl. 1858. p. 37), statuens illis quidem satis inconsiderate, „*ubi e sententia tam evidenter quid rectum esset, cognosceretur, litterarum ductum nimis anxie curare non licere.*" Propius quidem a librorum

Suppl. 945. Postquam res eo perducta est, ut funus occisorum heroum ducatur, Adrastus admonet matres grandes natu, ut exsequias illius funeris ipsae una prosequantur. Quod consilium cum reprehendat Theseus, Adrastusque miratus dixerit:

943 πῶς; τὰς τεκούσας οὐ χρεὼν ψαῦσαι τέκνων;

ille, quam ob rem ita sentiat, his indicat:

944 ὄλοιντ' ἰδοῦσαι τούσδ' ἂν ἠλλοιωμένους.

Quibus ita commovetur animo Adrastus, ut prope concedens atque assentiens Theseo haec pronuntiet:

945 πικραὶ γὰρ ὄψεις χᾶμα τῷ τέλει νεκρῶν.

Haec est enim fere consentiens codicum memoria, nisi quod in cod. B. pr. m. scriptum exstat: χαματω πέλει νεκρῶ. Neutrum vero, quod a libris prodatur, facile posse expediri, neminem fugiet. Neque probabiles sunt, quas adhuc viri docti proposuerunt, coniecturae. Nam quamvis speciosum sane Toupii (ad Suid. II. p. 189) illud esse videatur: πικρὰ γὰρ ὄψις αἷμα κὠτειλαὶ νεκρῶν, tamen Hartungius iam docuit, αἷμα hoc loco alienum videri. Multo vero minus placet, quod hic melius ducit: χρῶμα κὠτειλαὶ νεκρῶν, quod putidi aliquid habet. Quid? quod ὠτειλή dubium est num tragicorum orationi conveniat. Postremo ipsa displicet sententia, quae ita communis est, ut matrum ratio nulla habeatur. Requiritur autem credo eius significatio, cui potissimum acerbus esse debeat mortuorum adspectus: foeditatis vulnerum corporisque memoriam Adrastus repetat minime

---

scriptura abest, quod Weil. edidit. κἂν δαμεῖσι (cf. Agam. 1451. Eur. Alc. 127. Iph. Taur. 199. Tro. 175), idemque dicendum de Keckii coniectura: κελδώλοισι. Mihi vero magis videtur Aeschyleum esse: κἂν καμοῦσι, praesertim cum idem legatur Suppl. 231, quae coniectura ipsa litterarum similitudine imprimis commendatur. Facile enim a ΚΑΝΚΑΜΟΥΣΙ nascebatur ΚΑΝΔΟΜΟΙΣΙ, amissa nimirum post voculam ΚΑΝ littera Κ.

herele necesse est. Quapropter illa maxime spectans quae in cod. B. pr. m. scripta sunt: *χαματωπελει* restituere posse mihi videor, quae poeta non indigna sint. Arbitror autem pro *ΚΑΜΑΤΩΠΕΛΕΙ* scribendum esse *ΚΑΡΤΑ ΤΩΓΓΕΝΕΙ*, h. e.

πικραὶ γὰρ ὄψεις κάρτα τὠγγενεῖ νεκρῶν

i. e. ***acerbus sane est cognato homini mortuorum adspectus.*** Crasin non miraberis, quippe recordatus illud *τὠμῷ*. Neque vero intercederem, si scribere malles: *τῷ 'ν γένει* cf. Aesch. Prom. 741: *μηδέπω 'ν προοιμίοις*. Arist. Equ. 367: *οἷόν σε δήσω 'ν τῷ ξύλῳ*. Enger. not. crit. ad Aesch. Agam. 1159, et de ipsa locutione Soph. Oed. R. 1422: *τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά*. Eur. Alc. 904: *ἐμοί τις ἦν ἐν γένει*. Dem. in Aristocr. §. 72: *ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος*. Dicaeog. fr. 1, 3. (p. 601. N.): *ἢ τοῖσιν ἄγχιστ' ἐν γένει πεφυκόσι*. Pflugk. ad Eur. Alc. 904. Vater. ad Rhes. 400.

Suppl. 1205 sqq.:

ᾗ δ' ἂν διοίξῃς σφάγια καὶ τρώσῃς φόνον
ὀξύστομον μάχαιραν ἐς γαίας μυχοὺς
κρύψον παρ' αὐτὰς ἑπτὰ πυρκαιὰς νεκρῶν.

Verba sunt Minervae, adhortantis Theseum, ut priusquam ossa mortuorum Adrasto tradat auferenda, iuris iurandi eum obstringat religione: neque Argos ipsum umquam Athenis bellum esse illaturum, et, si quis illaturus sit, eum prohibiturum. Haec autem ut rite fiant, hostias esse immolandas, cultrumque, quo ceciderit eas, postea diligenter abscondendum: quod ipsum illis quos supra scripsi versibus expressum est. Neque est quicquam in hac deae oratione obscuri, praeterquam quod *διοίξῃς σφάγια* dicitur, quod vitio non videtur carere. quamquam nihil adhuc quod sciam in eo of-

feosum est. Interpretati autem: *„quo cultro aperueris, iugulaveris,“* id maxime efficiunt, ut dubitatio de integritate scripturae nobis vel invitis excitetur. Atque hoc statuo equidem, pro *ΔΙΟΙΞΗΙC* scribendum esse *ΔΑΙΞΗΙC*, h. e.

ἢ δ' ἂν δαΐξῃς σφάγια καὶ τρώσῃς φόνον κτλ.

cf. Aesch. Agam. 207: *τέκνον δαΐξω, δόμων ἄγαλμα.* Eur. Iph. Taur. 872: *παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀνόσιον ἐξ ἐμᾶν δαϊχθεὶς χερῶν.* Soph. Ai. 219: *τοιαῦτ' ἂν ἴδοις σκηνῆς ἔνδον χειροδάϊκτα σφάγι' αἱμοβαφῆ.* Quod adiunctum autem est: *καὶ τρώσῃς φόνον (die Todeswunde schlagen)*, satis videtur Musgravius defendisse illo Phoenissarum loco v. 1431: *τετρωμένους δ' ἰδοῦσα καιρίους σφαγὰς ᾤμωξεν*, quamquam expeditius foret: *καὶ πράξῃς φόνον*, cf. Orest. 1354: *ὁ πραχθεὶς φόνος.* 1579: *Ἑλένην φονεύσας ἐπὶ φόνῳ πράσσεις φόνον* cl. 1139: *αἷμ' ἐπράξαμεν.* Iph. Aul. 512: *θυγατρὸς αἱματηρὸν ἐκπρᾶξαι φόνον.* Pind. Nem. III, 46: *μάχᾳ λεόντεσσιν ἀγροτέροις ἔπρασσεν φόνον.* Plat. Legg. IX. p. 867. B.: *οἱ τῷ θυμῷ πραχθέντες φόνοι.* Sed integrum hoc relioquo; *δαΐξῃς* autem recte me scripsisse ita mihi persuasum est, ut novare *δάϊγμα* noo dubitem, quod pro *δίωγμα* scribendum esse arbitror

Hel. 354: *ἢ ξιφοκτόνον δάϊγμα*
λαιμορύτου σφαγᾶς
αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν.

Certe *δίωγμα* ineptum est in eoque Nauckium quoque video offeodisse.

Senem famulum admonens Clytaemnestra ut quod animo agitet pronuotiet sensusque suos aperiat, his utitur verbis

Iph. Aul. 872:

ἐκκάλυπτε νῦν ποθ' ἡμῖν, οὕστινας λέγεις λόγους.

Quae quamquam facilia sunt ad intellegendum, habent tamen

quod displiceat: dico autem: *οὕστινας λέγεις λόγους*, non quod per se inepta ea iudicem antegresso verbo dicendi, — similia enim Schneidewin. ad Soph. Phil. 559 attulit: Soph. Oed. R. 655: *φράζε δή, τί φῄς*; Plat. Legg. VII. p. 819. E.: *λέγ' ὅ τι καὶ φῄς*. Xen. Anab. II, 1, 15: *σὺ δ' ἡμῖν εἰπὲ τί λέγεις*, quibus addo Eur. Iph. Aul. 127: *σήμαιν' ὅ τι φῄς*. 1167: *λέξον, τί φήσεις*; Arist. Plut. 349: *λέγ' ἀνύσας ὅ τι φῄς ποτε*. — neque quod offendam in locutione *λόγους λέγειν*, de qua cf. Eur. Suppl. 193. Nauck. Eur. Stud. II. p. 156. n. 2: sed non conveniunt illa verbo *ἐκκάλυπτε*. Quare haud scio an scribendum potius sit:

ἐκκάλυπτε νῦν ποθ' ἡμῖν, οὕστινας στέγεις λόγους.

Verbum *στέγειν* enim licet plerumque sonet reticere (cf. Soph. Phil. 136. Fragm. 614. Eur. El. 273. Fragm. 376, 2), tamen cum *κεύθειν* significet interdum i. q. in animo habere reconditum, ut Aesch. Cho. 389. Eur. Heracl. 762. 879. Suppl. 295. Hipp. 1105, non dubium est, quin eandem vim *στέγειν* verbo subiectam esse vere ac iure statuamus; cf. Phoen. 1214: *κακόν τι κεύθεις καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ*.

Atque simile vitium tollendum est eadem medicina Ion. 759, ubi dubitantem chorum: *εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν*; Creusa adhortatur:

εἴφ'· ὡς ἔχεις γε συμφοράν τιν' εἰς ἐμέ.

Multo certe accommodatius est:

εἴφ'· ὡς στέγεις γε συμφοράν κτλ.,

praesertim cum *συμφορὰν ἔχειν* soleat significare: *calamitate laborare*, ut Plat. Phaedr. p. 231. C. cf. Stallbaum. ad Plat. de rep. IX. p. 574. E. Nihil vero mutandum Aesch. Cho. 778: *τί φῄς; ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα*; Nec praetereunda hoc loco existimo, quae in reliquiis Euripidis inveniuntur

Fragm 414: *τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾶν*
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει,
quae non uno inquinata vitio sunt. Atque duo ut tollerent viri docti laborarunt, unum v. 1, ubi pro *ἐᾶν* Valckenaer. coniecit *περᾶν*, Dobraeus *νέμειν*,*) Lobeckius *σ' ἐλεῖν*, Bergk. (*de fragm. Soph.* p. 33) *προσπολεῖν ἐᾶν*, quod probat Vater. ad Rhes. p. 173: de quibus coniectoris, ut aperte dicam, placet mihi maxime Dobraei. Alterum vitium quod est v. 3, ita studuit idem Dobraeus tollere, ut pro *ὀφθαλμοὺς ἔχει* scribendum duceret *ὀφθαλμοὺς ἐρεῖ*, quam tamquam certam emendationem non debebat Enger. (*Adnot. ad trag. Graec. fragm.* 1863. p. 13) praedicare, qui ipse v. 2. proposuit: *ἥτις τὸ μὲν δίκαιον εὖ σιγήσεται*, scilicet quoniam taciturnitate imprimis opus esset, sententiaque sic conformata: *ἥτις τὸ μὲν δίκαιον ἐρεῖ, τὰ δ' αἰσχρὰ ἐρεῖ* vehementer claudicaret. Sed tantum abest, ut assentiar viro doctissimo, ut si librorum memoria *εὖ σιγήσεται* esset traditum, non dubitarem corrigere *οὐ σιγήσεται*. Quo pertineat enim hoc loco mira illa taciturnitas, prorsus non video. Nimirum non perspexit Engerus poetae consilium, qui sine dubio hanc expressit sententiam: *mulieri oportet praeberi eam ministram, quae cum honesti studio ducta libera expromat quae honesta sint ac decora, ad eaque dominae animum advertere studeat, tum oderit turpia nec vereatur coram perstringere.* Brevitate igitur quadam oratio excellit. Summa enim sententiae continetur verbis *δίκαιον οὐ σιγήσεται* et *καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει*, quae adiecta

*) Non Cobeto hac tribuere debebat Schenkl. (*Phil.* XX. p. 491). Idem Batavo illi gloriabundo, qui haud raro aliena pro suis venditat, detrahere debebat gloriolam, quam impertivit ei (l. l. p. 468) de emendatione loci Euripidei, qui est Iph. Aul. 865. Iam dudum enim Hermannus *ὄκνον* invenerat.

autem sunt: *αἰσχρὰ μισεῖ*, faciunt ea, ut in superioribus audiatur: *τὸ μὲν δίκαιον στέργει κοὐ σιγήσεται*. In germanicum autem converteris non inepte opinor: *welche mit dem Bekenntnis zum edlen nicht hinter dem Berge hält, dagegen das gemeine hasst und eine bezügliche Rüge nicht scheut.* Vides mores describi ancillae contrarios prope moribus nutricis in Hippolyto, quae non modo non castiget prohibeatque a flagitio, sed adeo ad furorem Phaedram stimulet. At nulla hoc loco c a s t i g a n d i mentio! Concedo facile, nec contendo integram esse sanamque librorum scripturam. Atque non solum *ἔχει* vitiosum est, verum etiam *σιγήσεται*. Mirum enim, sine ulla causa poetam a futuro transire ad praesens, ut vel ob hanc causam refellenda sit Dobraei coniectura *ἐρεῖ*. Quam molestiam commode tollit haec emendatio:

ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγῇ στέγει,
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς φέγει.

De *σιγῇ στέγει* cf. Soph. Oed. R. 341: *κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω*.*) Simile est quod Eur. Hipp. 712 legitur *σιγῇ καλύπτειν*. De *φέγειν κατ' ὀφθαλμούς* autem cf. Xen. Hier. 1, 14: *οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν*. Dio Chrys. II. p. 322: *οὐδεὶς φέγει ἐκ τοῦ φανεροῦ*. cf. Eur. El. 910: *ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σόν*. Orest. 288: *εἰ κατ' ὄμματα ἐξιστόρουν νιν*. Rhes. 421: *καὶ μέμφομαί σοι καὶ λέγω κατ' ὄμμα σόν*. Aristoph. Ran. 626: *ἵνα σοὶ κατ' ὀφθαλμοὺς λέγῃ*.

Interroganti Clytaemnestrae:
I p h. A u l. 1360 *παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;* Achilles respon-

*) Idem videtur restituendum esse
F r a g m. a d e s p. 416: *ὅστις λέγει κακὰ φρονῶν, σιγῇ στένει*,
quae obscuriora sic credo expedienda esse:
ὅστις γ' ἔχει κάκ', εὖ φρονῶν σιγῇ στέγει.
εὖ φρονῶν autem N a u c k i u s iam coniecit.

det v. 1361: *οὔχ, ἐμοῦ γ' ἑκόντος·* quod ita Nauckio displicet, ut poetam scripsisse suspicetur: *οὔχ, ἐμοῦ γε ζῶντος.* Cui coniecturae licet favere videatur similitudo complurium locorum, ut Soph. Ant. 525: *ἐμοῦ γε ζῶντος οὐκ ἄρξει γυνή.* Eur. Heracl. 66: *οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτ' ἐμοῦ ζῶντός ποτε.* 650: *οὐκ ἔστ' ἄγειν σε τούσδ' ἐμοῦ ζώσης ποτέ.* Herc. fur. 261: *ἐμοῦ γὰρ ζῶντος οὐ κτενεῖς ποτε τοὺς Ἡρακλείους παῖδας*, tamen librorum scripturae satis praesidii haec afferunt Hel. 1640: *κτεῖνε· σύγγονον δὲ σὴν οὐ κτενεῖς ἡμῶν ἑκόντων, ἀλλ' ἔμ'.* Soph. Oed. Col. 1634: *καὶ καταίνεσον, μή ποτε προδώσειν τάσδ' ἑκὼν κτλ.* Utrumque autem iunctum est Eur. Med. 751: *ὄμνυ — μήτ' — μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ.*

Iph. Taur. 482: *τί ταῦτ' ὀδύρει, κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν κακοῖσι λυπεῖς, ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι;*

Qui retinendam hanc librorum scripturam ducunt cum Seidlero Klotzius et Koechly, hoc volunt dicere Orestem: *Quid haec lamentaris et ad impendentia nobis mala insuper molesta es?* At, ut *ineptas* eiusmodi lamentationes recte vocet Orestes, qui quidem non sapere dicat, si quis lamentatione et misericordia timorem eius, cui mors instet, tolli posse opinetur: nequaquam tamen *molestiae* ullus locus est, cum misericordia non soleat pungere miseri hominis animum sed delenire potius ac suavitate quadam perfundere. Diversa autem ratio eorum est quibus utuntur locorum Soph. Ant. 573, ubi Creontis oratio est acerbitatis plenissima: *ἄγαν γε λυπεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος·* ac vix quisquam opinor hoc sentit, Creontem respuere, quae *amice* ac *benevole* admonitus sit, tamquam *inutilia* atque *aliena*. An Creontis iracundiam Antigonaeque commotum animum cum fortuna Orestis et Iphigeniae cura animi ac misericordia recte contendi putas? Ac ne Aiacis quidem orationem, qua Tecmes-

sae preces indignatus ille repudiat Soph. Aiac. 589:

> ἄγαν γε λυπεῖς· οὐ κάτοισθ', ἐγὼ θεοῖς
> ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἴμ' ὀφειλέτης ἔτι;

cum Orestis verbis licet conferre, qui multo lenius videatur Iphigeniam reprehendere. Ceterum, ut dicam quod sentio, ne Aiacis quidem loco recte se habere librorum scriptura videtur. Sed redeo ad Orestis orationem, ubi id unum credo relinquitur, ut λυπεῖς interpreteris: *me dolore afficis*, cf. Orest. 768: ὦ τάλας, ἔοικε καὶ σὲ τἀμὰ λυπήσειν κακά. Sed ne doloris quidem iustam causam video. Aversantur quidem interdum miseri homines lamentationem misericordiae plenam, at aversantur non quod *dolore* ea ipsos *afficiat*, sed quod metuunt, ne *animi fortitudo ac constantia frangatur*; cf. Orest. 1031: μὴ πρὸς θεῶν μοι περιβάλῃς ἀνανδρίαν, εἰς δάκρυα πορθμεύουσ' ὑπομνήσει κακῶν. 1047: ἔκ τοι με τήξεις· Quae cum ita sint, ad emendationis remedium confugiendum est. Nec defuerunt huic operae docti viri, quamquam Cobeti tantummodo ac Bergkii coniecturae speciem aliquam habent probabilitatis. Ille enim mutato ordine verborum non male coniecit: κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν

> λυπεῖ κακοῖσιν,

hic autem (*Mus. Rhen.* XVIII. p. 208) κακοῖς ἀλύεις, quod probare videtur Schenkl. (*Philol.* XX. p. 479). Ac fateor, non dubitaturum me esse amplexari Bergkii coniecturam, ni haberem ego meliorem, quam audeo praedicare certam emendationem. Pro ΛΥΠΕΙΣ enim scribendum est ΑΥΤΕΙΣ, ut haec iam exsistat Orestis oratio:

> τί ταῦτ' ὀδύρει κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν
> κακοῖς ἀϋτεῖς, ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι.

h. e. *quam ob rem lamentaris deque malis quae nobis instant clamitas?* cf. Hec. 1092: βοὰν ἀϋτῶ, βοάν. Phoen. 1551: ὤμοι ἐμῶν παθέων· πάρα γὰρ στενάχειν τάδ', ἀϋτεῖν. Cycl. 669: τί χρῆμ' ἀϋτεῖς, ὦ Κύκλωψ;

Atque idem verbum nescio an ad Aiacis orationem maxime sit accommodatum. Fac enim, pro *ἄγαν γε λυπεῖς* scripsisse poetam:

μάτην γ' ἀϋτεῖς, κτλ.

expedita fluent omnia. Conveniunt enim superioribus egregie quae adduntur: *οὐ κάτοισθ', ἐγὼ θεοῖς ὡς οὐδὲν ἄρκεῖν εἴμ' ὀφειλέτης ἔτι*, ut quibus causa exprimatur, cur vana obsecratio et inanis videatur: nec minus convenit gradatio illa in respondendo: *τοῖς ἀκούουσιν λέγε — πόλλ' ἄγαν ἤδη θροεῖς — οὐ ξυνέρξεθ' ὡς τάχος; — μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν, εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς.* Hoc addo, fortasse etiam *γε* delendum esse. quod quidem, *ἀϋτεῖς* in *λυπεῖς* perperam commutato, adderetur necesse erat, ne metrum claudicaret.

Iph. Taur. 1386: *ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς,*
λάβεσθε κώπης κτλ.

Tametsi Suppl. 509 invenitur: *σφαλερὸν ἡγεμὼν θρασὺς νεώς τε ναύτης*, quod Camper. quidem ad El. 1337 mutari volebat in *νέος τε ναύτης*, tamen quae hic coniuncta leguntur. habent aliquid molesti: quod Koechly ita conatus est removere, ut pro *ναῦται νεώς* ederet: *νεηλάται.* Quae coniectura quamvis sententiae rationi conveniat, vereor tamen, ne ab audacia mutationis non sit probabilis. Probabilius sine dubio est:

ὦ γῆς Ἑλλάδος ναύτης λεώς,
λάβεσθε κώπης κτλ.

Nominativum enim *pro vocativo* nemo mirabitur; cf. Krueger. Gr. II. § 45. 2. not. 2. Neque raro *pluralis verbi* cum singulari nominis collectivi quod dicitur consociatur; cf. Krueger. l. l. §. 63, 1, 1. Aesch. Eum. 997: *χαίρετ' ἀστικὸς λεώς.* Soph. fr. 759. 1: *βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεώς, οἳ κτλ.* Eur. Herc. fur. 1389

sq.: *ὦ γαῖα Κάδμου πᾶς τε Θηβαῖος λεώς, κείρασθε, συμπενθήσατ', ἔλθετ' εἰς τάφον κτλ* cf. Aesch. Prom. 417: *καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.* Eur. Iph. Aul. 427 sq.: *πᾶς δ' εἰς θέαν ὅμιλος ἔρχεται δρόμῳ, σὴν παῖδ' ὅπως ἴδωσιν.* De coniunctis denique *ναύτης λεώς* cf. Hec 921: *ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον*, ubi plura congessit Pflugkius. Iph. Aul 295: *ὡς ἄϊον καὶ ναυβάταν εἰδόμαν λεών.* Soph. Aiac. 565: *ἐνάλιος λεώς.* Aesch. Pers. 383: *πάντα ναυτικὸν λεών.* Ceterem praeferrem, quod similius librorum scripturae foret: *ναῦται λεῴ*, si certius haberem praesidium loco illo Sophocleo Aiac. 1100: *ποῦ δὲ σοὶ λεῶν ἔξεστ' ἀνάσσειν, ὧν ὅδ' ἡγεῖτ' οἴκοθεν;*

Bacch. 206: *οὐ γὰρ διήρηχ' ὁ θεὸς εἴτε τὸν νέον*
εἰ χρὴ χορεύειν εἴτε τὸν γεραίτερον.

Sententiam maxime appositam Hartungius expressit:

Der Gott setzt keinen Unterschied, ob ihm
Der Jüngling bloss, der ältre Mann bloss tanzen soll.

Non placet vero Musuri coniectura: *ἐχρῆν*, immo et facilius nisi fallor et commodius sic oratio emendatur:

εἴτε τὸν νέον
οἷ χρὴ χορεύειν εἴτε τὸν γεραίτερον,

cf. v 195: *Βακχίῳ χορεύσομεν.* De pronomine *οἷ* autem cf. Plat. Conviv. p 174 E.: *οἷ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν οὗ κατέκειντο οἱ ἄλλοι κτλ.* Porson. ad Eur. Med 734. — Quam saepe autem *ει* et *οι* permixta fuerint, exemplis vix opus est comprobare; unum affero Herc. fur. 726.

Bacch. 341. Monens Cadmus filium, ut ne laedat Bacchum impietate sua, tristi Actaeonis interito ad moderationem ac sapientiam revocare studet, additque haec extrema:

ὃ μὴ πάθῃς σύ, δεῦρό σου στέψω κάρα
κισσῷ· μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου.

Num illud Theopompi com. fr. 2, 804 (32, 4): *δεῦρο δὴ γεμίσω σ' ἐγώ*, quod communi sermonis consuetudini consentaneum esse videtur, idoneum sit exemplum ad tuendam librorum scripturam loco hoc Euripideo, sane incertum est. Nec simile est illud Theognidis 1041: *δεῦρο σὺν αὐλητῆρι· παρὰ κλαίοντι γελῶντες πίνωμεν κτλ.* Certe apud poetas tragicos nullum exstat exemplum consimile. Aut solum enim *δεῦρο* ponitur, ut Heracl. 48: *ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο, λαμβάνεσθ' ἐμῶν πέπλων*, et cum brevitate quadam dicendi Iph. Aul. 630: *καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόσειπε σὸν φίλον*, aut additur ei verbum eundi, ut Ion. 1521: *δεῦρ' ἔλθ'· ἐς οὖς σοι τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω.* Fragm. adesp 363: *δεῦρ' ἐλθέ· σὺν σοὶ τἄλλα βούλομαι φράσαι.* Eur. Alc. 779: *δεῦρ' ἔλθ', ὅπως ἂν καὶ σοφώτερος γένῃ.* Qua similitudine eo ducor, ut pro *ΔΕΥΡΟΣΟΥΣτεψω* scribendum esse suspicer: *ΔΕΥΡΙΘΟΣΣτέψω* h. e. *ὃ μὴ πάθῃς σύ, δεῦρ' ἴθ', ὡς στέψω κάρα κισσῷ.*

Bacch. 368. Tiresias cum periculum esse dixerit, ne Pentheus Cadmi domui luctum pariat, sic perorat:

μαντικῇ μὲν οὐ λέγω,
τοῖς πράγμασιν δέ· μῶρα γὰρ μῶρος λέγει.

Quae licet per se inepta vix quisquam possit notare, tamen nescio an ad rem magis haec sint accommodata

μαντικῇ μὲν οὐχ ὁρῶ
τοῖς πράγμασιν δέ· μῶρα γὰρ μῶρος λέγει.

ΟΥΛΕΓΩ autem et *ΟΥΧΟΡΩ* sunt ita similia, ut facillime permiscerentur. De ipsa locutione cf. Hipp. 873: *πρὸς γάρ τινος οἰωνὸν ὥστε μάντις εἰσορῶ.*

Bacch. 824: *εὖ γ' εἶπας αὐτὸ καί τις εἶ πάλαι σοφός.* Penthei haec sunt, non obscura illa quidem, sed ut mihi

videtur non prorsus integra. Non habeo enim quibus exemplis *εἶ πάλαι σοφός* commode possit illustrari. Ac possis auspicari, scripsisse poetam: *καί τις εἶ πάμπαν σοφός*, cf. Med. 1091: *πάμπαν ἄπειροι*. Androm. 140: *πάμπαν τάλαινα νύμφα*, vel *ΓΑΓΑΝ σοφός*, h. e.

εὖ γ' εἶπας αὐτὸ καί τις εἶ γ' ἄγαν σοφός,

cf. Med. 305: *εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.* 583: *ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός*. Sed etiam hoc facile poterat fieri, ut post *ЄΙ* interiret vocula *CΥ*. Quod si dederis vide an scribendum sit:

εὖ γ' εἶπας αὐτὸ καί τις εἶ σὺ πάνσοφος

cf. Herc. fur. 188. Soph. fr. 827: *πάνσοφον κρότημα Λαέρτου γόνος*.*)

Heracl. 3: *ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον*
πόλει τ' ἄχρηστος καὶ συναλλάσσειν βαρύς,
αὑτῷ δ' ἄριστος·

Pro eo quod in libris est v. 5 *αὑτῷ δ' ἄριστος* scribendum esse censeo:

αὑτῷ δ' ἀρεστός·

contrarium est enim *ἄχρηστος*, cf. Iph. Aul. 521: *κοὐδέν γ' ἀρεστὸν οὐδὲ χρήσιμον παρόν*, quae speciosa est Nauckii emendatio. Idem (*Addend. ad ed. fragm.* p. XV.) recte emendavit Eur. fragm. 194, 2: *ὁ δ' ἥσυχος φίλοις*!

---

*) Recordor hoc loco ea quae leguntur Philem. com. fragm. inc. LXXXV. (4, 59)

ἀνὴρ γυναικὸς λαμβάνων συμβουλίαν
πεσεῖν δεδοικὼς βούλεται πάλιν πεσεῖν.

ubi pro *πάλιν*, quod ineptum aperte est, Meinekius coniecit: *πάντως*. Rectius opinor statueris, ex antecedentis verbi *βούλεται* litteris extremis *ται* ortum esse quod libris traditur *πα*, *ΛΙΝ* autem nihil esse nisi *ΛΙΑΝ*, ut scripsisse Philemon videatur:

πεσεῖν δεδοικὼς βούλεται λίαν πεσεῖν.

cf. Eur. Iph. Taur. 721: *ἀλλ' ἔστιν ἔστιν ἡ λίαν δυσπραξία λίαν διδοῦσα μεταβολάς, ὅταν τύχῃ.* Aesch. Prom. 1031: *ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος ὁ κόμπος ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος.*

τ' ἀσφαλὴς φίλος πόλει τ' ἀρεστός, ubi in libris idem illud *ἄριστος* exstat.

Simili labecula foedatum est Menandri fr. inc. CLVI. (4, 269):

γνώμην ἀρίστην τῇ γυναικὶ μὴ λέγε·
γνώμῃ γὰρ ἰδίᾳ τὸ κακὸν ἡδέως ποιεῖ,

uti patet ex Philem. com. fr. inc. LXXVIII. (4, 58):

γνώμην πονηρὰν τῇ γυναικὶ μὴ δίδου·
ἐλαφρὸν τὸ γένος γάρ ἐστι καὶ λίαν κακόν.

Ipsum autem hoc *πονηράν* coniecit Dobraeus Adv. II. p. 291, *γνώμην κακίστην* Heinsius. Neutrum vero probabile; scribendum potius:

γνώμην ἄχρηστον τῇ γυναικὶ μὴ λέγε (νέμε?)

Non raro enim *X* propter *Λ* interiit.

Hinc delabor ad Hippol. v. 1019. Praedicans Hippolytus eius felicitatem, qui ab imperii molestiis ac laboribus liber ac solutus privatus vivat, cum alia tum haec laudat:

πράσσειν τε γὰρ πάρεστι, κίνδυνός τ' ἀπὼν
κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.

Haec est enim meliorum codd. scriptura, quam recentiores interpretes secuti sunt omnes, multoque praeferendam esse deteriori scripturae: *πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι* Matthiae docuit. Idem *πράσσειν* hoc loco significare vult: „*res civiles tractare, in republica versari,*" cl. Heindorf. ad Plat. Prot. § 21. Atque haec quidem vis ita solet inesse in illo verbo, ut aut similibus quibuscum consociatum est verbis velut *πολιτεύεσθαι*, aut adiectivis *δεινός*, *ἱκανός*, denique ipsius sententiae ratione quasi illustretur; cf. Passov. Lex. II. p. 1064. b. Stallbaum. ad Plat. Legg. VI. p. 773. C. Sed neutiquam convenit illa significatio huic loco, quo Hippolytus quam sit alienus e civilibus negotiis ipse praedicet. Secus res est apud Soph. Oed. R. 587 sq., ubi haec profitetur Creon: *ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν τύραννος εἶναι*

μᾶλλον ἢ τύραννα δρᾶν. Is enim non aversatur *τὰ αὐτὰ κράτη* (v. 586), modo potestas careat timore, et gloriatur v. 597: *νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες ἐκκαλοῦσί με* i. e. *ex aedibus me evocant auxilium petituri.* (cf. *de ub. or. Soph.* I. p. 4. not. 15.)*) Quod si *πράσσειν* ad civilia negotia referri nequit, non liquet, quem ad modum expediri liceat *πράσσειν πάρεστι.* Nimirum corruptus locus est. Emendari autem dixerit forsitan quispiam ita facillima orationem, ut pro *ΠΑΡΕΣΤΙ* scribatur: *ΠΑΝΤΕΣΤΙ*, h. e.

πράσσειν τε γὰρ πάντ' ἔστι, κίνδυνός τ' ἀπὼν κτλ.,

sed, quoniam *πάντα πράσσειν* vitam fere describere videtur minus honestam (cf. Apollodor. com. fr. inc. I, 8. (4, 454): *πράττουσι πάντα· τὴν γὰρ αἰσχύνην πάλαι πᾶσαν ἀπολωλέκασι καθ' ἑτέρας θύρας.* Soph. fr. 143: *ὦ πάντα πράσσων, ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς ἔνδηλος ἐν σοὶ πάντα χὠ μητρὸς πατήρ·*), praestat nisi fallor pro *ΠΑΡΕΣΤΙ* scribere *ΤΑΡΕΣΤΑ*, h. e.

πράσσειν τε γὰρ τἀρεστὰ κίνδυνός τ' ἀπὼν
κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν,

---

*) Nollem Nauckium Schneidewini abiecisse interpretationem v. 596: *νῦν πᾶσι χαίρω, νῦν με πᾶς ἀσπάζεται „stehe mit allen in freundlichem Vernehmen,“* explicat enim: *omnes me salutant*, idemque nuper Meinekius (*Anal. Soph.* p. 231) Sophoclis consilio eoum convenire affirmavit. At idem bis Creon diceret, multoque illud evidentius describit Creontis, quo gloriatur, felicitatem: ei quidem tantum abesse significat, ut timeat cives (v. 585), ut eorum ipse delectetur consuetudine, illique vicissim ipsum studio prosequantur. Describit igitur Creon eam felicitatem, cuius memoriam desiderio quodam Hiero repetit apud Xenophontem Hier. 6, 1: *βούλομαι δέ σοι, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, κἀκείνας τὰς εὐφροσύνας δηλῶσαι, ὅσαις ἐγὼ χρώμενος, ὅτ' ἦν ἰδιώτης, νῦν, ἐπειδὴ τύραννος ἐγενόμην, αἰσθάνομαι στερόμενος αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ ξυνῆν ἡλικιώταις ἡδόμενος ἡδομένοις ἐμοί κτλ.* et §. 3: *νῦν δὲ ἀπεστέρημαι μὲν τῶν ἡδομένων ἐμοὶ διὰ τὸ δούλους ἀντὶ φίλων ἔχειν τοὺς ἑταίρους, ἀπεστέρημαι δ' αὐτὸς τοῦ ἡδέως ἐκείνοις ὁμιλεῖν διὰ τὸ μηδεμίαν ἐνορᾶν εὔνοιαν ἐμοὶ παρ' αὐτῶν.* cf. 3, §. 5—8. Cic. de amic. 15, 52,

quae emendatio videtur ad sententiam esse perquam accommodata.

Sed redeo ad **Heraclidas**, ubi v. 182. Iolaus, aliunde frustra quaesito auxilio (cf. Isocr. Paneg. §. 56), ab Atheniensium rege confidere se ait impetratum iri quod ipsi petant. Orditur autem ab hac Athenarum laude:

181 *ἄναξ, ὑπάρχει μὲν τόδ' ἐν τῇ σῇ χθονί,*
εἰπεῖν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει π ά ρ ε σ τ ί μ ο ι,
κοὐδείς μ' ἀπώσει πρόσθεν ὥσπερ ἄλλοθι.

Παρρησίαν igitur illam prudenter praedicat, qua imprimis Athenienses gloriabantur (cf. Moschion. fr. 5. (p. 632. N.): *τὴν γὰρ ἐντεθραμμένην ἀστοῖς Ἀθάνας τῇ τε Θησέως πόλει καλὸν φυλάξαι γνησίως παρρησίαν.* C. F. Hermann. Gr. Staatsalterth. 66, 8. Wachsmuth. Hellen. Alterth. I. p. 528. C. Wagner. Act. philol. convent. VIII. 1846. p. 94 sqq.). Quod uti neminem fugit, item manifestum est, *πάρεστί μοι* v. 182 praesertim antecedente *ὑπάρχει μέν*, perversum esse. Accedit, quod ita communem Iulaus sententiam expromit, ut non tam sibi copiam dicendi esse apte affirmet, quam omnibus omnino, qui Athenis versentur. Atque emendationem corrupti verbi aggressus nuper est W. Halbig in *Ann. phil. et paed.* Vol. 83. p. 616, qui proponit:

εἰπεῖν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει π α ρ ε σ τ ί ῳ,

eamque certissimam non dubitat dicere Schenkl. (*Philol.* XX. p. 469). Mihi vero secus videtur. *Παρέστιος* enim is est proprie, qui arae assidet, unde ad domus consortes transfertur; cf. Soph. Ant. 373: *μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο.* Eur. Med. 1334: *κτανοῦσα γὰρ δὴ σὸν κάσιν παρέστιον.* Pro c i v e autem, quantum scio, non dicitur; atqui haec una apta hic esset hominis, cui concessum esset libere loqui, significatio. Quod Helbigius enim putat, propterea optime illud convenire sententiae, quoniam sedeant Iulaus ceterique Heraclidae supplices circum Iovis aram (v. 33. 55.

70. 79), quid ad hanc sententiam sessio illa pertineat, non intellegitur. Non enim supplicibus tantum, verum omnibus omnino concessam esse *παρρησίαν*, Iolaus recte dicit, qua libertate fretus etiam se audiri confidit: *κοὐδείς μ' ἀπώσει πρόσθεν ὥσπερ ἄλλοθι*. Refutanda igitur illa coniectura, qua multo probabilior haec est:

εἰπεῖν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει τἀρέστ' ἀεί.

Nec vereor, ne nimiae audaciae nomine reprehendar. *ΠΑΡΕϹΤΙΜΟΙ* enim et *ΤΑΡΕϹΤΑΕΙ* sunt perquam similia litteris. Sententiam autem expressimus ad rem maxime accommodatam. Facile enim apparet, praecipuam vim in dicendi libertate (*εἰπεῖν τἀρεστά*) positam esse, pariter atque Iph. Taur. 964: *εἰπὼν δ' ἀκούσας θ' αἵματος μητρὸς πέρι*. cf. Nauck. ad Soph. Oed. Col. 190.

Quod vero hoc loco pro *ἐμοί* scripsi *ἀεί*, idem restituendum fortasse est

Med. 1036: *σφῷν γὰρ ἐστερημένη*
λυπρὸν διάξω βίοτον ἀλγεινόν τ' ἐμοί,

ubi pronomen languidi sat habet atque ieiuni, quod, si correxeris: *ἀλγεινόν τ' ἀεί*, penitus sustuleris; nisi forte praeferendum ducis: *ἀλγεινόν τ' ἐγώ*, cum pergat Medea: *ὑμεῖς δὲ μητέρ' οὐκέτ' ὄμμασιν φίλοις ὄψεσθε κτλ.*

Heracl. 139: *Ἀργεῖος ὢν γὰρ αὐτὸς Ἀργείους ἄγω*
ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ τούσδε δραπέτας ἔχων.

Molestum est participium *ἔχων* v. 140 itaque omni vi carens, ut, quamvis repugnet Klotzius, Kirchhoffio et Nauckio assentiendum sit, qui coniectura tollendam illam molestiam censent. Quis enim hoc potissimum loco, ubi v. 138 idem *ἔχων* in clausula est, facile tolerabit verbi repetitionem parum elegantem! Hoc vero sensit Klotzius, neque Kirchhoffii invento sarciri damnum neque coniectura Nauckii, qui *ἄγω* loco verbi *ἔχων* v. 140. pro *ἄγω* autem v. 139 scribendum

suspicatur ἐγώ. Ἐγώ enim nimis languide adhaereret. Facillime, ut ego quidem sentio, sustuleris omnem orationis molestiam, si scripseris:

ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ τούσδε δραπέτας ἑλών·

cf. v. 64: οὔτοι βίᾳ γέ μ' οὐδὲ τούσδ' ἄξεις λαβών. 267: ἄξω γε μέντοι τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ λαβών. Soph. Phil. 945: ὡς ἄνδρ' ἑλὼν ἰσχυρὸν ἐκ βίας μ' ἄγει. De quibus participiis copiosius exposui *de ubert. orat. Soph.* I. p. 13 sq.*) Neque infrequens est permutatio participiorum ἑλών et ἔχων, cf. Eur. Phoen. 556. Wernicke ad Tryph. p. 152.**)

---

*) Admonent haec me de loco Aeschyleo quodam, qui est Prom. v. 334. Quo loco Oceanus cum pollicitus est, in coelum sese esse profecturum ad Iovis animum deleniendum

v. 325: καὶ νῦν ἐγὼ μὲν εἶμι καὶ πειράσομαι,
ἐὰν δύνωμαι τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων·

Iovem ipsius precibus non esse obtemperaturum Prometheus affirmat monetque illum, ne suo opere ipse sibi pariat calamitatem

v. 333: πάντως γὰρ οὐ πείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιθής·
πάπταινε δ' αὐτὸς μή τι πημανθῇς ὁδῷ.

At non tam ipso itinere in miserias potest ille incidere, quam potius, ubi pervenit in coelum, supplicando pro Prometheo. Quare nescio an pro ΠΗΜΑΝΘΗΙΣΟΔΩΙ scripserit poeta more illo tragicorum pervulgata ΠΗΜΑΝΘΗΙΣΜΟΛΩΝ h. e.

μή τι πημανθῇς μολών.

**) His ad Pindarum vocor, ubi quae Olymp. I, 106 sq. leguntur aliqua egent medicina:

θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖσι μήδεται
ἔχων τοῦτο κᾶδος, Ἱέρων,
μερίμναισιν.

Atque assentior omnino Rauchensteinio, qui (*Mus. Rhen.* XVIII. p. 465) de hoc loco nuper disputavit, neque ἔχων τοῦτο κᾶδος probari posse, neque ἔχων τοῦτο κῦδος, quod cum prudenter Fechius olim coniecisset, in codicibus duobus reperiri Tycho Mommsen. docuit. Neque vero coniectura Rauchensteinii ἔχων τοῦτο κῦρος sententiae subveniri credo. Immo ἔχων depravatum duco scribendumque: μήδεται

ἑκὼν τοῦτο κῦδος κτλ.

i. e. *lubens deus hunc honorem impertit, conatibus tuis prospiciens*. cf. Theocr. XXII, 218: ὑμὶν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο

Copreus a misericordia avocaturus Demophontis animum cum alia tum haec dicit

Heracl. 158: *ἢν δ' εἰς λόγους τε καὶ τὰ τῶνδ' οἰκτίσματα*
βλέψας πεπανθῇς, εἰς πάλην καθίσταται
δορὸς τὸ πρᾶγμα.

Omnia in his recte se habere videntur; unum autem est quod tametsi non repugnat sententiae rationi, discrepat tamen aliquid a consuetudine poetae. Solet enim Euripides, ut est multus in omni miserationum genere, saepe plura consociare vocabula, quibus lamentationis vis subiecta est: cf. Heracl. 833: *στεναγμὸν οἰμωγήν θ' ὁμοῦ*. Alc. 86 sqq.: *κλύει τις ἢ στεναγμὸν ἢ χειρῶν κτύπον κατὰ στέγας ἢ γόον ὡς πεπραγμένων*; Hel. 165: *ποῖον ἁμιλλαθῶ γόον; ἢ τίνα μοῦσαν ἐπέλθω*, cf. Soph. Ant. 883: *ἀοιδὰς καὶ γόους*. Eur. Herc. fur. 1025: *τίνα στεναγμὸν ἢ γόον ἢ φθιτῶν ᾠδὰν ἢ τὸν Ἅιδα χορὸν ἀχήσω*; Androm. 92: *οἷσπερ ἐγκείμεσθ' ἀεὶ θρήνοισι καὶ γόοισι καὶ δακρύμασι*. Med. 1211: *ἐπεὶ δὲ θρήνων καὶ γόων ἐπαύσατο*. Orest. 204: *τό τ' ἐμὸν οἴχεται βίου τὸ πλέον μέρος ἐν στοναχαῖσί τε καὶ γόοισι δάκρυσί τ' ἐννυχίοις*. 877: *εἴς τε δάκρυα καὶ γόους καὶ συμφοράς*. 959: *ὡς εἰς στεναγμοὺς καὶ γόους δραμουμένη*. Tro. 318: *ἐπὶ δάκρυσι καὶ γόοισι — καταστένουσ' ἔχεις*. Quibus addo Soph. El. 104: *ἀλλ' οὐ μὲν δὴ λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων*. Oed. R. 30: *Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται*. Aesch.

Χῖος ἀοιδός, et de voce *ἑκών*, quae idem fere valet ac *θέλων* (Aesch. Cho. 19: *ὦ Ζεῦ — γενοῦ δέ σύμμαχος θέλων ἐμοί*. 814: *ξυλλάβοι δ' ἐνδίκως παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος πρᾶξιν οὐρίαν θέλων*. Pind. Isthm. VI, 43: *ὦ Ζεῦ πάτερ, θυμῷ θέλων ἀρὰν ἄκουσας*.) cf. Pind. Pyth. II, 69: *ἑκὼν ἄθρησον*. Pyth. VIII, 67: *ἑκόντι δ' εὔχομαι νόῳ κατα τιν ἁρμονίαν βλέπειν* — Denique hoc addere iuvat, coniecturam meam commendari aliquantum discrepantia scripturae quae est Soph. Aiac. 465 in La.

Prom. 33: *πολλοὺς δ' ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς φθέγξει.* Pers. 705: *κλαυμάτων λήξασα τῶνδε καὶ γόων.* Quare quod saepius factum est hoc quoque Heraclidarum loco accidisse licet auspicari, ut *λόγους* perperam scriberetur pro:

ἣν δ' εἰς γόους τε καὶ τὰ τῶνδ' οἰκτίσματα
βλέψας πεπανθῇς, κτλ.

Sed ne reticeam, quod librorum scripturam tueri videator: a consuetudine sua poetam hic declinasse et vere *λόγους* scripsisse, ex eo forsitan possit colligi, quod vocabula illa ita aeiunxit, ut *οἰκτίσματα* tamquam oratione gravius aliquid magisque idoneum ad misericordiam regis moveodam efferret. Hic igitur cum sane sit ambigendi locus, vocabulum *γόος* pro certe affirmo exturbatum esse

Suppl. 92. quo loco Theseus miratus lamentationem, quam percipit v. 87:

τίνων γόον τ' ἤκουσα καὶ στέρνων κτύπον
νεκρῶν τε θρήνους κτλ.

[sic enim emeodaverim, quae in libris corrupta exstant: *τίνων γόων ἤκουσα κτλ.*]. eodem clamore iterum audito ait:

τί χρῆμα; καινὰς εἰσβολὰς ὁρῶ λόγων.

Cum vero non tam verba quam questum percipiat, vides quanto sit hoc rectius:

τί χρῆμα; καινὰς εἰσβολὰς ὁρῶ γόων;

praesertim cum commendationis aliquid afferaot haec Euripidia Ion. 676 sq.: *ὁρῶ δάκρυα καὶ πενθίμους ἀλαλαγὰς στεναγμάτων τ' εἰσβολάς.* cf. Iph. Aul. 1101: *πολλὰς ἰεῖσα μεταβολὰς ὀδυρμάτων.* De permixtione denique vocabulorum *λόγος* et *γόος* addo quae schol. adnotavit ad Soph. El. 375: *σχήσει γόων· γρ. καὶ λόγων.* Ac recte Koechly pro *λόγου* Iph. Taur. 240 scripsit:

τί δ' ἔστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον γόου;

Rursus *γόος* interdum in codicibus est. ubi sententiae

non congruit, ut Ion. 636, ubi quod librorum memoria traditur: *θεῶν δ' ἐν εὐχαῖς ἢ γόοισιν ἢ βροτῶν* dudum a Musgravio commutatum est voce: *λόγοισιν*·

Item Ion. 769:

ΠΑΙ. μήπω στενάξῃς. ΚΡ. ἀλλὰ πάρεισι γόοι

vitiosum est. Quivis enim facile intellegit, monenti seni, ne lamentetur Creusa, hanc non posse respondere: „*at lamentatio adest*,“ debere potius dicere aut: *at habeo cur lamenter*“ aut: „*at miseriis premor.*“ Quam ob rem non dubito quin scribendum sit:

ἀλλὰ πάρεισι πόνοι.

Atque etiam Suppl. 1146 non *ἅλις γόων*, sed

ἅλις πόνων, ἅλις τύχας,
ἅλις δ' ἀλγέων ἐμοὶ πάρεστιν

propter vocabulum quod sequitur scribendum esse propo persuasum mihi est. Quamvis enim apud Sophoclem Aiac. 973 inveniatur: *λιπὼν ἀνίας καὶ γόους*, tamen non recte videntur *γόοι* a voce *ἀλγέων* nomine *τύχα* interposito disiungi: cf. Orest. 677: *καὶ λέγειν ἁγὼ λέγω ταῦτ' εἴς τε δάκρυα καὶ γόους καὶ συμφοράς.* Praeterea haec velim consideres: Orest. 2: *οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορά* (cf. Aesch. Pers. 436: *συμφορὰ πάθους*). Alc. 695: *πένθη λῦπαί τε φίλων.* Androm. 705: *μόχθοισιν ἄλλων καὶ πόνοις ἐπηρμένοι.* Suppl. 1004: *ἔμμοχθον βίοτον αἰῶνός τε πόνους.* Bacch. 66: *πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον.*

Heracl. 236: *τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοί,*
Ἰόλαε, τοὺς σοὺς μὴ παρώσασθαι ξένους.

Tribus igitur rationibus sese impelli ait Demophon, ut Heraclidas finibus suis ne eiciat, quarum rationum unam dicit pietatem in Iovem, hospitum tutorem, cognationem alteram, tertiam declinationem dedecoris honestique studium Haec

tria autem quonam tandem modo *συμφορᾶς ὁδοί* i. e. *συμφοραί* vocari possint, non intellego. Neque Hartungii interpretatio: „*dreifache Rücksicht in dem Verhältniss nöthigt mich,*“ quem ad modum stare possit video. Sine dubio in vocabulo *συμφορᾶς* vitium aliquod latet, quo ita nisi fallor liberatur oratio, ut pro *ΣΥΜΦΟΡΑΣ* scribatur: *ΣΥΝΝΟΙΑΣ*, h. e.

τρισσαί μ᾽ ἀναγκάζουσι συννοίας ὁδοὶ κτλ.,

quam emendationem maxime esse probabilem, nemo negabit harum rerum peritus. *Φ* enim propter similitudinem subsequentis litterae *Ο* irrepsit facillime, de ceteris autem, quae nihilo fere inter se discrepant, nihil opus est addere. De voce *σύννοια* cf. Soph. Ant. 279: *ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι.* De translatione denique cf. Soph. Oed. R. 67: *πολλὰς δ᾽ ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.* Eur. Orest. 632: *Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ᾽ ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς, διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς*; Hec. 744: *σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.* Hipp. 390: *λέξω δὲ καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.* Ib. 290.

Quamquam per se *ὦ τᾶν* nihil habet offensionis, quod quidem e communi vitae consuetudine petitum non spreverunt poetae tragici (cf. Soph. Oed. R. 1145. Phil. 1387. Elmsl. ad Eur. Bacch. 801. Doederlin. ad Soph. Oed. Col. 1163. Pflugk ad Eur. Heracl. 322) tamen

Heracl. 321: *πολλῷ σ᾽ ἐπαίνῳ Θησέως, ὦ τᾶν, πέλας ὑψηλὸν ἀρῶ*

non decet opinor illud Demophontis dignitatem. Emendandum potius est:

πολλῷ σ᾽ ἐπαίνῳ Θησέως, ὦ παῖ, πέλας
ὑψηλὸν ἀρῶ,

praesertim cum eundem Demophontem idem Iolaus appellet v. 381: *ὦ παῖ, τί μοι σύννοιαν ὄμμασιν φέρων ἥκεις*;

Neque uno hoc loco voculae illae permixtae sunt. Recte enim, ut quidem ego sentio, Nauckius Soph. El. 1220 pro: πῶς εἶπας, ὦ παῖ; scribendum esse suspicatur: ὦ τᾶν, quoniam advenam appellet Electra. Secus res est El. v. 1130: δόμων δέ σ᾽, ὦ παῖ, λαμπρὸν ἐξέπεμψ᾽ ἐγώ. Haec enim illa dicit de fratre cogitans.

Heracl. 395: σκοπεῖ —,

ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τὰ νῦν δορὸς
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ᾽ ἱδρύσεται χθονός.

Quam multa iam a viris doctis ad sanandum hunc locum proposita sint, a Pflegkio, si placet, disce. Parum vero habent illa probabilitatis, ut non inutile esse videatur, denuo experiri, quantum coniectura proficiatur. Ac nisi usque ad ipsos Atticae fines cum exercitu iam pervenisse putandus esset Eurystheus, commendarem:

ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τὰ νῦν ὅροις,

cl. v. 288: ὥρα προνοεῖν, πρὶν ὅροις πελάσαι στρατὸν Ἀργείων. Sed propter ea, quae nuntius modo retulit v. 393: πέλας μὲν οὖν γῆς εἰς τάδ᾽ οὐκ ἐφῆκέ πω στρατόν, repudiandum illud. Scribendum vero pro *ΤΑΝΥΝΔΟΡΟΣ* sic: *ΤΑΝΥΝΘΠΟΣ* h. e.:

ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τὰ νῦν, ὅπως
ἐν ἀσφαλεῖ τε κτλ.

Ab extrema enim vocis νῦν litterula *N* ortum est insequens *Δ*. Hinc *ΔΟΡΟΣ* perperam natum.

Macaria pro fratrum salute vitam suam devovere parata precatur, ut fausta omnia illis eveniant, hac usa oratione

Heracl. 582: καὶ γένοιθ᾽ ὑμῖν ὅσων
ἡμὴ πάροιθε[ν] καρδία σφαγήσεται,

quam sic solent interpretari: *obtingant vobis omnia, quorum causa vitam devoveo.* Sunt vero, quae haesitandi locum prae-

beant. Licet enim *πάροιθε* idem velere quod *ὑπέρ* evincere forsitan possis exemplo adverbii *πάρος* v. 536: *ἀδελφῶν ἢ πάρος θέλει θανεῖν*, tamen *ἡμὴ καρδία σφαγήσεται* insolenter dictum est, cuius loco exepectaveris *ἡμὴ ψυχή*, cf. v. 455. 530. 984. Herc. fur. 452. Hel. 946. Alc. 301. 704. Orest. 644. 847. 1163. 1171. Phoen. 998. al. Atque etiam Nauckius „*turpiter interpolatum*“ versum iudicat auepicaturque scripsisse poetam: *ἡμὴ σφαγείσης καρδία 'στερήσεται.* Leniore usus Badham. est remedio, qui praef. ad Ion. p. XVII. proposuit: *καρδία σφαλήσεται*, id quod perplacet mihi. Nec tamen perfecit ille quam inchoavit emendationem. Quid in hac enim sententia *πάροιθε* eibi velit, prorsue non intellegitur. Scribendum vero eet:

καὶ γένοιθ' ὑμῖν, ὅσων
ἡμὴ κάτωθεν καρδία σφαλήσεται.

De voce *κάτωθεν* cf. Wunder. ad Soph. Ant. 519. Pflugk ad Eur. Alc. 424. G. T. A. Krueger. de attract. p. 306 eq. Item *ἄνωθεν* ueurpatur, ut Hel. 1014: *τοῖς τε νερτέροις καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις.*

Heracl. 608 sqq :

οὔτινά φημι θεῶν ἄτερ ὄλβιον οὐ βαρύποτμον
ἄνδρα γενέσθαι,
οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον
εὐτυχίᾳ· παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα
μοῖρα διώκει·
τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισε,
τὸν δ' ἀτίταν εὐδαίμονα τεύχει.

Duo chorus commemorat: primum quidem, nihil accidere homini sine divino coneilio, neque felicitatem neque ree adversas; deinde mobiles et fluxae esse res humanae: qui in emplissimo enim dignitatis ac potentiae gradu collocati sint, deici eos ac demergi, contra humiles erigi atque extolli.

Summa igitur sententiae cum luculenter pateat, offensione non vacant illa v. 610: *οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον εὐτυχίᾳ.* Non dico autem ipsam sententiam: quamquam enim fortunae inconstantia ex eo potissimum cognoscitur, quod domus non eodem semper fortunae beneficio utitur, sed modo floret felicitate modo miseriis vexatur, de qua quidem mobilitate multus est et insolens Euripides: [cf. Herc. fur. 511: *ὁ δ' ὄλβος ὁ μέγας ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ βέβαιός ἐστι.* Hipp 1108 sq.: *ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν πολυπλάνητος ἀεί.* Ion. 969: *τὰ θνητὰ τοιαῦτ'· οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει.* Fragm. 1059: *βέβαια δ' οὐδεὶς εὐτυχεῖ θνητὸς γεγώς.* 1058, 1—2: *οὐ χρή ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα ἕξειν τὸν αὐτὸν δαίμον' εἰσαεὶ δοκεῖν.*] tamen non absurdum est quod hoc loco poeta pronuntiat: quoniam Fortuna non in eadem sede manere semper soleat, sed migret quasi in alias domos, ob eam ipsam causam, quod iam careant derelictae domus benigna comique illa hospita, in miserias has quidem recidere cernique rerum inconstantiam. Eandem enim sententiam aliis quoque locis expressit, ut Suppl. 550 sq.: *παλαίσμαθ' ἡμῶν ὁ βίος· εὐτυχοῦσι δὲ οἱ μὲν τάχ', οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη βροτῶν.* Fragm 419: *τοῖς μὲν αὔξεται βίος, τῶν δὲ φθίνει τε καὶ θερίζεται πάλιν.* Tro. 1203 sqq.: *θνητῶν δὲ μῶρος, ὅστις εὖ πράσσειν δοκῶν βέβαια χαίρει· τοῖς τρόποις γὰρ αἱ τύχαι ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε πηδῶσι, κοὐδεὶς αὐτὸς εὐτυχεῖ ποτε.* Haec igitur cum non praebeant offensionis locum, mirum tamen est, domum dici *βεβάναι εὐτυχίᾳ* pro *ἐν εὐτυχίᾳ*, quod postulare videtur dicendi consuetudo, cf. Soph. Oed. R. 80: *εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη.* El. 1056: *ὅταν γὰρ ἐν κακοῖς ἤδη βεβήκῃς.* 1094: *ἐπεί σ' ἐφεύρηκα μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ βεβῶσαν.* Eur. fragm. inc. 1058, 1: *ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα.* fr. 196. 4: *τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ ἀσφαλεῖ*

βεβηκότες. [sic enim scribendum sine dubio pro eo, quod vulgo editur: ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες]. Deinde minus apte domus mentio fieri videtur, cum et aotea et postea de hominis fortuna chorus cogitet. Quibus quidem rationibus adducor, ut vitio non carere chori oratiooem credam, quod vitium tolli fortasse potest hac emendatione:

οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δρόμον
εὐτυχίας·

Non raro enim permixta sunt δόμος et δρόμος, de qua re cf. Vater. ad Rhes. p. 205. Neque vereor, ne eudaciorem dicas translationem. Certe ὁδός ad fortunae rationem saepius transferri satis constat; cf. Eur. fragm. 392, 4: φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς. Ion. 930: μετῆλθες ἄλλων πημάτων καινὰς ὁδούς. Bacchyl. fr. 19, 1: μία βροτοῖσιν ἐστὶν εὐτυχίας ὁδός. Pind. Olymp. VIII, 13: πολλαὶ δ' ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραγίας. De voce δρόμος autem cf. Herc. fur. 1212: ὡς δρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγει. Heracl. 486: ἡμῖν δὲ δόξας εὖ προχωρῆσαι δρόμος πάλιν μεθέστηκ' αὖθις εἰς τἀμήχανον. Fragm. adesp. 462, 5: ἐπὰν ἐπ' ἄκρον τις τοῦ καλῶς πράσσειν δράμῃ·

Atque nescio an idem quod hic posui vocabulum locum habeat apud Sophoclem, ubi haec Oedipi sunt verba Oed. Col. 1358:

ὅτ' ἐν πόνῳ
ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί.

Cum ἐν πόνῳ κακῶν enim Sophocle indignum iudicarent, alii aliud coniecerunt. Fortasse igitur scribendum est:

ὅτ' ἐν δρόμῳ
ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί,

quae coniectura a similitudine certe litterarum non exiguam habet commendationem. ΕΝΠΟΝΩΙ enim ab ΕΝΔΡΟΜΩΙ vix una duabusve litterulis discrepat. Ac licet fortasse haec stabilire loco Aeschyleo, quamquam non satis emendato, Cho.

796: *ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὔναν ζυγέντ' ἐν ἅρματι πημάτων ἐν δρόμῳ προστιθεὶς μέτρον.*

Heracl. 693:

ὡς μὴ μενοῦντα τἄλλα σοι λέγειν πάρα.

Haec ita solent explicare, ut Elmslei auctoritatem secuti *ὡς μὴ μενοῦντα* pro accusativis habeant absolutis. Nec nego iis quidem locis, quibus usus Elmsleius est ad stabiliendam sententiam suam, hanc explicationem esse consentaneam. His vero quae tractamus Euripidis illo artificio lucem afferri nequaquam adducor. Primum enim iustam non video causam, cur poetam *μὴ μενοῦντα*, ac non *οὐ μενοῦντα* scripsisse putamus, quod ipsum scriptum videmus Rhes. 144: *σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκῶν χαραδόκει, ὡς οὐ μενοῦντά μ'*. Deinde aegre pronomen *ἐμέ* desideratur, quod Badham. praef. ad Ion. p. IX. invenisse sibi videbatur cum pro *τἄλλα* scriberet: *τἀμά*, orationem poetae tribuens sat impeditam; idem autem iamdudum coniecerat Reisigius. Atque haec ipsa Kirchhoffium videntur adduxisse, ut proponeret: *ὥς μ' οὐ μενοῦντα κτλ.* Quamquam ne hac quidem coniectura afflictus locus sanatur; restat enim aliud incommodum, quo vehementer ille laborat: sententiam dico admodum mancam et claudicantem, quae ipsa illam, quam modo refutavi, interpretationis viam nescio quo pacto nos vetat ingredi. Iolans enim cum dicit: „*licet tibi expromere cetera*" quid sentiat ita non aperit, ut quae confirmandi causa addere ipse putatur: *ὡς μὴ μενοῦντα* vel *ὥς μ' οὐ μενοῦντα*, non habeant quod confirment. Recte nimirum senis procederet oratio, si haec ille diceret: *τἄλλα ἄλλως* vel *ἀτελῆ ὄντα λέγειν σοι πάρεστι*, i. e. *per me licet tibi ventis dare verba*: nunc vero ita est sententia imperfecta, ut obscurius significet potius loquentis consilium, quam animi sensum aperte exprimat. Quae cum ita sint, hoc unum relinquitur, ut a coniecturae remedio

salus in his angustiis petatur. Neque longe ea repetenda est. Corruptum enim librariorum inscientia vel incuria exstat

ΜΗΜΕΝΟΥΝΤΑ, cuius loco scribendum sine dubio est *ΜΗΔΕΝΟΝΤΑ*

h. e. *ὡς μηδὲν ὄντα τἄλλα σαι λέγειν πάρα.*

Habes orationem quae omnibus fluat difficultatibus libera ac soluta. Haec enim iam exsistit Iolai sententia: *per me licet tibi cetera expromere, ut quae nihili sint, nihil proficiant.* Ac ne de his quae posui dubites, eo affero Sophoclea illa Aiac. 1275: *ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορός*, cuius generis plura collegit Stallbaum. ad Plat. Apol. p. 41. E., neque abstinuit iis Euripides, qui ipsis neutris illud *οὐδέν* et *μηδέν* addidit, ut Phoen. 403: *τὰ τῶν φίλων δ' οὐδέν, ἤν τι δυστυχῇς.* El. 940: *τὰ δ' οὐδὲν εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον.* Tro. 412: *ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφὰ οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα.* 613: *ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω, τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.* Iph. Taur. 1057: *καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν ἢ καλῶς ἔχειν ἢ μηδὲν εἶναι καὶ στερηθῆναι πάτρας.* cf. Del. epigr. ed. Iacobs. VII., 43, 1. (p. 242): *πάντα γέλως καὶ πάντα κόνις καὶ πάντα τὸ μηδέν.* Plutarch. Philopoem. 19: *ἠλέησαν οἱ πλεῖστοι καὶ συνήλγησαν, ὥστε καὶ δακρῦσαι καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐκφλαυρίσαι δύναμιν ὡς ἄπιστον καὶ τὸ μηδὲν οὖσαν.* Nauck. Eur. Stud. II. p. 144.

Iolaus senectute confectus cum omnibus viribus contendere sibi videatur, adeo impellit comitem ministrum, ut festinet, ne sero ad certamen ipse veniat. Atque hortanti ille respondet

Heracl. 733: *σύ τοι βραδύνεις, κοὐκ ἐγώ, δοκῶν τι δρᾶν*, quae ita emendanda duxi (cf. *Ann. phil. et paed.* 1864. p. 326), ut scribendum suspicarer:

σύ τοι βραδύνεις, κοὐκ ἐγώ, δοκῶν περᾶν,

qua coniectura sententiae rationi non mediocriter opinor con-

sulitur. Item ea quae sequuntur vitio aliquo depravata videntur esse. Iolaus enim miratus, contentionem suam ac festinationem non agnosci a ministro, haec dicit:

οὔκουν ὁρᾷς μου κῶλον ὡς ἐπείγεται;

ad quae ille respondet

v. 735: ὁρῶ δοκοῦντα μᾶλλον ἢ σπεύδοντά σε.

h. e. *viden te videri potius festinare quam vere festinare.* Vides nihil aliud fere nisi repetere ministrum quae modo dixerit ac repetere eodem usum verbo δοκεῖν. Hoc constat et oppositionis rationi et ipsis iis, quae respondeat Iolaus: *οὐ ταῦτα λέξεις, ἡνίκ᾽ ἂν λεύσσῃς μ᾽ ἐκεῖ* multo magis convenire, si hoc modo ministri orationem a poeta conformatam fuisse statuamne:

ὁρῶ γ᾽ ὀκνοῦντα μᾶλλον ἢ σπεύδοντά σε.

Ὀκνεῖν enim et de cunctatione dicitur, quam quidem intellegit minister, et de ignavia, de qua Iolaus simul forsitan cogitet. Nec vereor, ne quis temere inepteque infartam dicat γε particulam, qua consuerunt sane in metricis potissimum sanandis vulneribus hodie quoque multi abuti. Significat enim minister, se videre quidem, at videre aliud atque Iolaus ipsum videre putet. Vix denique hoc opus est addere, haud raro permixta esse Γ et Δ.

Heracl. 807: ἀλλ᾽ ἐμοὶ μόνος μόνῳ
μάχην συνάψας, ἢ κτανὼν ἄγου λαβὼν
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας κτλ.

Hoc loco quamquam nullo negotio ex ἐμοί auditur v. 808: κτανών με, tamen cum subsequantur ἄγου λαβὼν τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, vereor ne quid oboriatur obscuritatis, quam alienam duco ab illustri et enucleato sermone Euripideo. Quare scripserim equidem:

ἢ κτανών μ᾽ ἄγου λαβὼν κτλ.

Quam facile autem inter Ν et Α interciderit Μ, luce clarius est.

Nuntius Alcmenae ea narraturus, quae Iolaus senex iuvenili robore gesserit, haec ait

Heracl. 847: τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων
λέγοιμ' ἂν ἄλλων, δεῦρο δ' αὐτὸς εἰσιδών,

in quibus a nullo quod sciam offensum est nisi a Klotzio, qui repudiata Kirchhoffii coniectura „*illud unum*, inquit, *me in scriptura quae nunc ab editoribus prope omnibus recepta est, offendit, quod non tam illa, quae usque adhuc narrata sunt, maiore adseveratione confirmanda esse videantur quam ea, quae iam dicturus sit, ut haud sciam an vitium etiam nunc in his verbis lateat, nisi forte hoc voluit nuntius significare, sibi ipsi quae sequerentur, incredibilia videri.*“ Ac recte quidem vitiosa esse illa nuntii verba Klotzius sensit, hoc tamen minus recte existimavit, dubitasse videri ministrum de eorum quae relaturus esset veritate. Quod dicit enim ille, priora se ipsum vidisse, nihil dubitationis exprimit de iis quae non vidit. At vero languide adhaeret quasi haec asseveratio, quae et interrumpit inepte orationem et particula γε adnectenda certe erat, neque pervulgatae illi nuntiorum consuetudini convenit, de qua exposuere Valckenaer. ad Eur. Phoen. 826. Blomfield. ad Aesch. Pers. 271. Apitz. ad Soph. Trach. 729. Koechly ad Eur. Iph. Taur. 900. Immo sententiae natura ita fert, ut causa a ministro addenda esse videatur, qua re ab aliis accepta iam relaturus sit, ac non sua; cf. Hom. Il. IV, 374 sq.: ὣς φάσαν οἵ μιν ἴδοντο πονεύμενον· οὐ γὰρ ἔγωγε ἤντησ' οὐδὲ ἴδον· περὶ δ' ἄλλων φασὶ γενέσθαι. Soph. Oed. R. 105: ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω. Denique non δεῦρο translate sed δεῦρ' ἀεὶ solet Euripides usurpare, ut Med. 670. Orest. 1663. Phoen. 1209. Suppl. 766. Ion. 56. Hel. 761. Fragm. 365. cf. Aesch. Eum. 596. Fragm. adesp. 148. Valcken. ad Eur. Phoen. 1215. Porson. ad Orest. 1679. Nec vero difficile est, ex vestigiis eorum, quae a libris prodita exstant, eruere quae

poeta scripsisse videatur. Fac enim

ΑΛΛΩΝΔΕΥΡΟΔ vitiose exarata esse pro ΑΛΛΩΝΓΟΥΤΟΔ, orationem babebis ad rem maxime accommodatam: τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων

λέγοιμ' ἂν ἄλλων γ', οὐ τόδ' αὐτὸς εἰσιδών.

h. e. *Iam vero ab aliis quidem accepta referam, ut qui ipse non viderim.* Neque inane est quod voci ἄλλων addidi γε, cum ἄλλων hoc loco contrarium sit pronomini αὐτός: quamquam facile concedo, neminem desideraturum esse, si oratio hac particula careret. Ac nascebatur Δ, quod in codicibus est, facillima ex extrema vocabuli ΑΛΛΩΝ litterula, ut nihil intercedam, si quis tolli γε forsitan maluerit.

Heracl. 1050—52.

Postquam Eurystheus Athenis, quae ipsum occidere veritae essent, necem suam dixit olim saluti fore, locumque idem significavit, ubi sepeliri ipsius corpus oporteret: Alcmena furore quodam concitata hortatur, ut quod urbi conducere hostis ipse declaraverit, non dubitent exsequi, perorans v. 1049: ἐχθρὸς μὲν ἀνήρ, ὠφελεῖ δὲ κατθανών. Quae vero iam in libris adduntur eiusdem Alcmenae verba

v. 1050: κομίζετ' αὐτόν, δμῶες, εἶτα χρὴ κυσὶ
δοῦναι κτανόντας· μὴ γὰρ ἐλπίσῃς ὅπως
αὖθις πατρῴας ζῶν ἔμ' ἐκβαλεῖς χθονός.

continere ea videntur, quae Euripide vix digna sint. Hoc enim si Alcmena monuisset, ut Eurysthei corpus canibus proiiceretur inhumatum, chorumne putas id probari sibi pronuntiaturum fuisse v. 1052: ταῦτὰ δοκεῖ μοι, qui modo exaudivisset, quam urbi salutem iusta Eurysthei sepultura esset allatura? Minime hercle! Immo liberanda est oratio additamento ineptissimo. Scribendum autem:

κομίζετ' αὐτόν· μὴ γὰρ ἐλπίσῃς ὅπως
αὖθις πατρῴας ζῶν ἔμ' ἐκβαλεῖς χθονός.

Cum ex Teucro audierit, Menelaum Spartam nondum rediisse, sic lamentatur Helena

Hel. 125: *αἰαῖ· κακὸν τόδ' εἶπας οἷς κακὸν λέγεις.* Pflugkii interpretationem probari non posse, iam Hermannus vidit. Neque vero probanda impedita summi huius viri explicatio. Semet ipsam Helenam dicere, facile patet, nec difficile est dictum illud expedire, si quidem quod in Par. A. scriptum exstat consideraveris. Non *λέγεις* enim ibi invenitur, sed *λέγει*, unde colligo scripsisse poetam:

αἰαῖ· κακὸν τόδ' εἶπας, οἷς κακὸν μέλει.

cf. Alc. 813: *ἡμῖν δεσποτῶν μέλει κακά.* Evidentius sane Helena diceret: *οἷς τἀκεῖ μέλει*, sed obscurius, quid sentiat, pronuntiantem consulto videtur poeta eam fecisse.

Quae chori consolationi:

πόλλ' ἂν γένοιτο καὶ διὰ ψευδῶν ἔπη

Helena opponit

Hel. 310: *καὶ τἄμπαλίν γε τῶνδ' ἀληθείας σαφῆ,* nihil possunt significare nisi: *et vero multa vere dicuntur.* Quare assentior Kirchhoffio, qui *ἀληθείᾳ σαφῆ* emendavit. Nec tamen perfecit is loci emendationem. Aegre enim desideratur subiectum, quod quidem facile e voce *ΤΟΝΔ* eruitur. Scripsit enim Euripides sine dubio *ΠΟΛΛ*, h. e.

καὶ τἄμπαλίν γε πόλλ' ἀληθείᾳ σαφῆ.

De voce *τἄμπαλιν* cf. Aesch. Prom. 202: *οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον, — οἱ δὲ τοὔμπαλιν σπεύδοντες κτλ.* Agam. 1424: *ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεός, γνώσει κτλ.* Valckenaer. ad Eur. Hipp. 388.

Helenae simulacrum antequam ad coelum avolasset, haec verba fecisse nuntius narrat

Hel. 612: *ἐγὼ δ' ἐπειδὴ χρόνον ἔμειν' ὅσον μ' ἐχρῆν,*
τὸ μόρσιμον σώσασα, πατέρ' ἐς οὐρανὸν
ἄπειμι.

Haec vere ab Euripide scripta esse non credo. Mirum est enim, coelum sive aethera, unde concretum est (cf. v. 34 et 584 sq.), patrem vocari a simulacro, mira ipsa verborum collocatio ac structura. Eadem Nauckio videntur displicuisse, cuius coniecturam πάλιν ἐς οὐρανόν suo more tamquam suam Cobatus protulit. At non liquet, qua tandem ratione ex πάλιν nasci πατέρ' potuerit. Videtur potius σώσασα πατέρ' ἐς ortum esse ex: σώσασ' ἄφαρ πρός, quod eo facilius in illud commutatum est, quoniam ἐς et πρός saepenumero permixta esse constat; cf. Porson. ad Orest. 439. Elmsl. ad Med. 1044. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 114. Idem πρὸς οὐρανόν legitur Hel. 1095. De voce ἄφαρ autem cf. Iph. Taur. 1274: γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα κτλ. Soph. Trach. 134: ἄφαρ βέβηκε κτλ. Pind. Nem. X, 63: λαιψηροῖς δὲ πόδεσσιν ἄφαρ ἐξικέσθαν. Ceterum de eiusdem simulacri discessu Helena v. 1219 dicit: νεφέλης λέγεις ἄγαλμ'; ἐς αἰθέρ' οἴχεται.

Admiratus nuntius, quae modo de simulacro Helenae ex Menelao audivit, quaerit

Hel. 709: ἡ δ' οὖσ' ἀληθῶς ἐστιν ἥδε σὴ δάμαρ;
Iure ac merito verba ἡ δ' οὖσ' corrupta Nauckius dicit, consentitque ipse Klotzius, religiosus ille librorum auctoritatis tutor ac patronus. Quod vero Goram (*Mus. Rhen.* XVIII. p. 616) coniecit: ἡβῶσ', non cogitavit ille, inani hoc verbo minime hercle emendari orationem. Quo multo aptius foret: γεγῶσ' ἀληθῶς ἐστιν ἥδε σὴ δάμαρ; Sed ne hoc quidem satis placet. Immo οὖσ' ἀληθῶς nihil aliud est nisi ὡς ἀληθῶς, qua locutione et Euripides ipse utitur Orest. 739: ἦ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τήνδ' ἀφιγμένος χθόνα; et alii scriptores saepenumero, ut Alexis com. fragm. inc. XXXI, 3 (3, 516): τὴν δύναμιν κεκτημέναι τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ. Anaxilas com. fr. Neott. II, 6

(3, 350): ἆρ' ὡς ἀληθῶς ἐστι γοῦν ἁπλῆ τις; cf. Benseler. ad Isocrat. Areop. p. 305. Weber. ad Demosth. in Aristocr. p. 133 et p. 309. Simile est Soph. El. 1452: ἦ καὶ θανόντ' ἤγγειλαν ὡς ἐτητύμως; — *HΔ* autem perperam exaratum est pro *TIΔ*. Hanc igitur iam habes nuntii orationem:

τί δ'; ὡς ἀληθῶς ἐστιν ἥδε σὴ δάμαρ;

Hel. 905: ἐατέος δ' ὁ πλοῦτος ἄδικός τις ὤν.
Sive hic versus Euripideus est sive exturbandus cum ceteris, quos exsilio quasi multandos cum Dindorfio Nauckius existimarunt, emendationis certe indiget. Quae nisi fallor est certissima. Intercidit enim ante *TIΣ* propter litterarum similitudinem *EI*, ut haec iam exsistat sententia:

ἐατέος δ' ὁ πλοῦτος ἄδικος εἴ τις ὤν.

πλοῦτος autem ἄδικος εἴ τις ὤν nihil aliud est nisi ἀδικώτατος ὤν. cf. Soph. Oed. Col. 1664. Theocr. Epigr. 16, 4. Valckenaer. ad Eur. Phoen. 1589. Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 733. Wuestemann. ad Theocr. Id. VII, 4. Matthiae Gr. Gr. §. 617. e.

Hel. 961:

Ἃ δ' ἄξι' ἡμῶν καὶ δίκαι' ἡγούμεθα
καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθάψεται,
λέξω τάδ' ἀμφὶ μνῆμα σοῦ πατρὸς πόθῳ.

Obscura sunt σοῦ πατρὸς πόθῳ, quae neque interpretari licet: „*quasi pater tuus superstes esset,*" id quod Pflugkius fecit, neque mutato ordine versuum Hermannus emendavit:

ἃ δ' ἄξι' ἡμῶν καὶ δίκαι' ἡγούμεθα,
λέξω τάδ' ἀμφὶ μνῆμ'· ἃ σοῦ πατρὸς πόθῳ
καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθάψεται.

Quid enim vel in hac sententia πόθῳ sibi velit, non dispicio. Quod vero Heathius coniecit: σοῦ πατρὸς πιτνῶν, non magis probabile quam Reiskii illud: σοῦ πατρὸς σποδῷ.

Item perversa est Bothii coniectura: *λέξαι — ποθῶ*, quam miror placuisse Hartungio. Recte enim Hermannus: „*at id*, inquit, *λέξαι θέλω dixisset poeta; nam ποθεῖν refertur ad ea quae non sunt in potestate cupientis.*“ Certe *ποθῶ λέξαι* non consilium significat dicendi, sed desiderium tantummodo. Speciose quidem Badham. pro *ΠΟΘΩΙ* scribendum suspicatur *ΠЄϹΩ* (h. e. *πεσών*), quod fateor mihi non displicere, quoniam, qui mortuos invocabant, in genua procumbere solebant; cf. Tro. 1305 sqq.: *ΕΚ. γεραιά τ' εἰς πέδον τιθεῖσα μέλεα, καὶ χεροὶ γαῖαν κτυποῦσα δισσαῖς. ΧΟ. διάδοχά σοι γόνυ τίθημι γαίᾳ τοὺς ἐμοὺς καλοῦσα νέρθεν ἀθλίους ἀκοίτας.* cf. Soph. Aiac. 1180 sq.: *ἔχ' αὐτόν, ὦ παῖ, καὶ φύλασσε, μηδέ σε κινησάτω τις, ἀλλὰ προσπεσὼν ἔχου.* Naegelsbach. Theologie des griech. Volksgl. p. 214. Cum vero Eur. Orest. 114 sq. Helena filiae haec mandet: *ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον μελίκρατ' ἄφες γάλακτος οἰνωπόν τ' ἄχνην, καὶ στᾶσ' ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε·* et apud Soph. Aiac. 1171 Teucer sic hortetur Eurysacem: *ὦ παῖ, πρόσελθε δεῦρο, καὶ σταθεὶς πέλας ἱκέτης ἔφαψαι πατρός, ὅς σ' ἐγείνατο*, nescio an probabilior haec sit coniectura:

λέξω τάδ' ἀμφὶ μνῆμα σοῦ πατρὸς σταθείς·

πατροσποθῳ enim et *πατροσσταθεις* non multum inter se discrepant.

Hel. 993: *κτεῖν' εἰ δοκεῖ σοι· δυσκλεῶς γὰρ οὐ κτενεῖς.* Haec Menelai verba ita solent interpretari, ut convertant: „*ignominiose enim nos non interficies*,“ suamque volunt mortem significare illum gloriosam. At *κτείνειν δυσκλεῶς* non eius, qui occatur, conditionem describit, sed necantis potius famam; cf. Orest. 1132 sq.: *εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν ξίφος μεθεῖμεν, δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος.*

Quod cum intellegeret Reiskius correxit: *δυσκλεῶς γὰρ οὐν κτενεῖς.* Non recte, opinor. Etenim cum ea quae antecedunt v. 991: *δακρύοις εἰς τὸ θῆλυ τρεπόμενος ἐλεινὸς ἦν ἂν μᾶλλον ἢ δραστήριος*, tum consuetudo fortium virorum, quibus mortis periculum instat, efficiunt, ut non de fama Theonoes sed de fortitudinis Menelai laude cogitari debeat. Solent enim poetae personas facere ita in mortis discrimine loquentes, ut tristis fortunae solatium praedicent interitum gloriosum; cf. Orest. 786: *ὡς ἄνανδρον ἀκλεῶς κατθανεῖν.* Heracl. 534: *εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ᾽ ἐγὼ κάλλιστον εὕρηκ᾽, εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.* Alc. 150: *ἴστω νυν εὐκλεής γε κατθανουμένη κτλ.* Aesch. Agam. 1303: *ἀλλ᾽ εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ.* Itaque Pheres filium monet Eur. Alc. 725: *θανεῖ γε μέντοι δυσκλεής, ὅταν θάνῃς*, et Ulixes ait Cycl. 201: *ἀλλ᾽ εἰ θανεῖν δεῖ, κατθανούμεθ᾽ εὐγενῶς, ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάρος γε σώσομεν.* Qua de causa scribendum esse censeo:

κτεῖν᾽ εἰ δοκεῖ σοι· δυσκλεεῖς γὰρ οὐ κτενεῖς.

Hel. 1225: *φίλος γάρ ἐστιν, ὅς ποτ᾽ ἐστὶν ἐνθάδ᾽ ὤν.* Corrupta haec esse, hodie consentiunt omnes: discrepant vero vehementer emendationes, neo iuvat refutare coniecturas, quae fere spernendae sunt. Unus Nauckius sententium expressit ad rem accommodatam:

φίλος γάρ ἐστιν ὥς ποτ᾽ ἐνθάδ᾽ ὢν πόσις.

At deterret me, quominus prorsus assentiar veteri studiorum sooio, cum mutationis audacia, tum quod in hac sententia prope inane est *ἐνθάδε*. Hoc autem recte dispexit Nauckius, mariti notionem necessario hic requiri. Nec difficile est vestigia huius vocabuli indagare: latet enim, nisi fallor, in litteris *ποτες* reconditum. Deinde *ΤΙΝΕΝΘΑΔΩΝ* vitiose scriptum esse videtur pro *ΓΟΜΕΝΘΑΝΩΝ*. Hanc

igitur iam restitua Helenae orationem:

φίλος γάρ ἐστιν ὡς πόσις γ' ὁ μὲν θανών.

h. e. *amicus enim est mihi mortuus, utpote maritus.*

Hel. 1650: *εἰς μὲν γὰρ ἀεὶ τὸν παρόντα νῦν χρόνον*
κείνην κατοικεῖν σοῖσιν ἐν δόμοις ἐχρῆν.

Mira est locutio *εἰς ἀεὶ τὸν παρόντα νῦν χρόνον*. Namque *„ad hoc praesens tempus"* et *„in omne tempus"* inter se pugnant. Neque Orest. 207: *ὦ μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον* quicquam additum est, neque *ἀεί* adiectum Ion. 1349: *σῶσαι τόδ' εὕρημ' εἰς τὸν ὄντα νῦν χρόνον*. cf. Soph. El. 1293: *τῷ παρόντι νῦν χρόνῳ*. Bornemann. ad Xen. Cyri discipl. II. 4, 12. Traiectionem autem verborum si forte statuas, *ἀεί* fere omni vi caret. Quare suspicor scribendum esse:

εἰς μὲν γὰρ αὐτὸν τὸν παρόντα νῦν χρόνον κτλ.

Vitium autem ita natum est, ut *τόν* quod deinceps bis scribendum erat, semel scriberetur.

Ion. 381: *πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτοῖς,*
μορφαὶ δὲ διαφέρουσιν· ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς
μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίῳ.

Repraesentavi quae in codd. *B.* et *C.* leguntur; nec tamen neglegendum, in cod. *C.* pr. m. scriptum esse v. 383 *βίον*, idemque inveniri apud Stobae. fl. XCVIII, 41. III. p. 252, unde coniecturam capere licet, non *ΕΥΤΥΧΕC* scripsisse poetam sed potius *ΕΥΤΥΧΗ — βίον*. Nihili enim faciendum, quod a correctore quodam aperte profectum est: *ἐν δ' εὐτυχίαις* apud eundem Stobaeum. Haec si recte disputavi, corruptum *ἓν* esse patet, in quo explicando Matthiae operam perdidit. Unam enim eandemque felicitatem sive continuam significare *ἓν εὐτυχές* nequaquam potest. Nec melius Henscher. (*Annot. ad loc. aliquot Ion. Eur.*

Potsd. 1859. p. 5) rem gessit, qui coniectura *πᾶν δ' ἂν εὐτυχὲς — βίῳ* plus sane profecit quam explicatione sua satis impedita. Qui vero cognitas habet Euripidis de rerum humanarum inconstantia fortunaeque mobilitate querelas, is consentiet opinor, aptissimam esse hanc emendationem:

μορφαὶ δὲ διαφέρουσ᾽· ἀεὶ δ᾽ ἂν εὐτυχῆ
μόλις ποτ᾽ ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίον.

cf. Iph. Aul. 161: *θνητῶν δ᾽ ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς οὐδ᾽ εὐδαίμων.* Suppl. 270: *τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν.* Herc. fur. 103: *οἵ τ᾽ εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.* Fragm. 275, 3: *κοὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ.* Fragm. 46: *ὥστ᾽ οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ᾽ εὐδαιμονεῖ.* Fragm. 662, 1: *οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.* Bacch. 910: *τὸ δὲ κατ᾽ ἦμαρ ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων, μακαρίζω.* Hec. 628: *κεῖνος ὀλβιώτατος, ὅτῳ κατ᾽ ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.* Tro. 1203: *θνητῶν δὲ μῶρος ὅστις εὖ πράσσειν δοκῶν βέβαια χαίρει.* Hel. 714 sq.: *ὁ δ᾽ οὐ πονήσας αὖθις ὄλλυται κακῶς, βέβαιον οὐδὲν τῆς ἀεὶ τύχης ἔχων.* Herc. fur. 511 sq.: *ὁ δ᾽ ὄλβος ὁ μέγας ἥ τε δόξ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅτῳ βέβαιός ἐστι.* Fragm. 1059: *βέβαια δ᾽ οὐδεὶς εὐτυχεῖ θνητὸς γεγώς.* Hec. 283: *οὐ — χρὴ — οὐδ᾽ εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.* cf. Bacchyl. fr. 2, 3: *ὄλβιος δ᾽ οὐδεὶς βροτῶν πάντα χρόνον.*

Ion. 593: *καὶ ταῦτ᾽ ἔχων τοὔνειδος, ἀσθενὴς μὲν ὤν,*
* * *μηδὲν κοὐδένων κεκλήσομαι.*

Lacunam v. 594 alii aliter explere conati sunt. Mihi quidem sententiae imprimis consentaneum videtur esse:

ἐγὼ τὸ μηδὲν κοὐδένων κεκλήσομαι.

Non ferendum enim, quod in libris est, *μηδὲν κοὐδὲν ὤν*, quos cincinnos posterior demum aetas adamavit; cf. Del. epigr. ed. Iacobs. VII, 9, 4 (p. 226): *πάλιν ἔσσομαι, ὡς πάρος ἦα· οὐδὲν καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος.*

I o n. 618—20.

ἄλλως τε τὴν σὴν ἄλοχον οἰκτείρω, πάτερ,
ἄπαιδα γηράσκουσαν· οὐ γὰρ ἀξία
πατέρων ἀπ' ἐσθλῶν οὖσ' ἀπαιδίᾳ νοσεῖν.

Cum floreat Euripides sententiarum copia, non mirum est, imperitos inventos fuisse sat multos, qui affingendis dictis ornatum orationis augere sibi viderentur. Quo studio vix dici potest quantum detrimenti Euripidea acceperint. Adscripta sunt enim haud raro ineptissima, in quibus defendendis operam multi frustra collocarunt. Atque etiam haec, quam supra scripsi, Ionis oratio illis ineptiis foedata est. Quid enim fingi potest perversius hac sententia: *„non dignam esse quae liberis careat Creusam,* ***quippe quae honesto loco orta sit.***" Nimirum erat, qui mancam putaret et imperfectam sententiam: *οὐ γὰρ ἀξία*, eaque opinione ductus misere absolvit, quae habebat inchoata, non recordatus ille quidem, quae apud eundem Euripidem inveniuntur simillima Alc. 370: *καὶ μὴν ἐγώ σοι πένθος ὡς φίλος φίλῳ λυπρὸν συνοίσω τῆσδε· καὶ γὰρ ἀξία.* Ib. v. 735: *ἔρρων νυν αὐτὸς χἡ ξυνοικήσασά σοι ἄπαιδε παιδὸς ὄντος, ὥσπερ ἄξιοι, γηράσκετ'.* Suppl. 1181: *χαῖρ'· ἄξιος γὰρ καὶ σὺ χαἰ πόλις σέθεν.* Hec. 408. 613. Orest. 1511. Soph. Oed. Col. 759. Atque ne N a u c k i i neglegere videar auctoritatem, is quoque *„versum ieiunum* dixit *et paene absurdum."*

Eodem nomine notaverim quae I p h. A u l. 1032. Achillis verbis v. 1030:

μηδὲ πατρῷον δόμον
αἴσχυν'· ὁ γάρ τοι Τυνδάρεως οὐκ ἄξιος

adduntur:

κακῶς ἀκούειν· ἐν γὰρ Ἕλλησιν μέγας.

Quae et languent vehementer et ita inepta sunt, ut deleto hoc versu deletum esse videatur, quo oratio moleste laboret.

Senex paedagogus, quem ad Apollinis templum Creusa

ducit, monenti ei:

βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός·

respondet

Ion. 744: *καὶ τοῦτο τυφλόν, ὅταν ἐγὼ βλέπω βραχύ,* quod si liceret convertere: *auch das ist blindes Tappen, denn mein Blick ist kurz,* uti **Hartungius** fecit, nequaquam haesitarem. Nunc vero per particulam *ὅταν* non licet. Non idem enim *ὅταν* valet quod *ὅτε*, sed iis etiam locis, ubi causae vis in illo vocabulo inesse videatur, cum **temporis** quadam significatione eam coniunctam esse facile intellegitur; cf. Thuc. I, 141, 5: *μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ πρὸς ἅπαντας Ἕλληνας δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀντισχεῖν, πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι, ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ ἑνὶ χρώμενοι παραχρῆμά τι ὀξέως ἐπιτελῶσι κτλ.* 142, 1: *Μέγιστον δὲ τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται, ὅταν σχολῇ αὐτὰ ποριζόμενοι διαμέλλωσι.* Pericles enim nihil aliud nisi affirmat: fieri non posse, ut Peloponnesii rem bene gerant, **quamdiu** uno careant consilio: atque inopia pecuniae eosdem impediri, **quamdiu** difficilem habeant pecuniarum conquisitionem. **Praesentem** igitur rerum statum describit, non eum quidem, **qui commutari non possit.** Longe secus res est loco Euripideo, quippe quo senex infirmitatem oculorum dicat, qua **soleat** laborare, ac non eam, qua **eo ipso tantum tempore** forsitan impediatur. Hinc videtur effici, ut vitio non careat oratio paedagogi; atque intercidisse arbitror post *τυφλ ΟΝ* litteras *ΟΜΜ*, quod si statueris, hanc habebis sententiam communem:

καὶ τοῦτο τυφλόν, ὄμμ' ὅταν βλέπῃ βραχύ.

Η autem et *Ω* saepe permixta sunt, deperditoque vocabulo *ὄμμα*, pronomen *ἐγώ*, quod unus quisque sentit, quam sit hoc loco debile atque inane, numerorum causa postea infartum est.

Ion. 750: εἰ γὰρ ἀγαθά μοι μηνύσετε,
οὐκ εἰς ἀπίστους δεσπότας βαλεῖς χαράν.

Prorsus assentior Fixio, qui unam Elmslei (ad Med. 865) emendationem: χάριν accommodatissimam ducit. Quod ad refutandam enim Elmslei coniecturam Hermannus dicit, „*non ex chori arbitrio pendere, quid deus dixerit,*“ seque de nuntio laetabili dicendum est ac de beneficio ac gratia. Neque ἀπίστους sanum iudico. Aliud est enim infidelem esse, aliud immemorem; ipsumque quo stabilire Hermannus studet vulgatam scripturam: δούλευμα πιστόν (v. 748), videtur effecisse, ut interiret, quod Euripidem scripsisse probabile est:

οὐκ ἐς ἀχαρίστους δεσπότας βαλεῖς χάριν.

Quae insequuntur

Ion. 755: ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσῶ;
ΧΟ. εἶεν· τί δρῶμεν, θάνατος ὧν κεῖται πέρι;

non uno vitio inquinata esse videntur. Etenim sive paedagogo tribuis versum 755, id quod Hermannus fecit, sive Creusae esse putas, non recte se habent δεσποτῶν νοσῶ. Creusam enim oportet laborantem se oraculo dicere quod maritus acceperit, paedagogus vero vix semet ipsum significare potest domini oraculo laborantem. Quare scribendum esse suspicor:

ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσεῖς;

quae quidem Creusae satis conveniunt. Sublato hoc vitio aggredior ad alterum, quod est in voce εἶεν v. 756. Haec enim, de cuius vi Reisigius exposuit ad Soph. Oed. Col. 1303 p. CLIX, numquam ita quod sciam adhibetur, ut respondentis sit interrogantí. Quod si quo chorus adhuc usus sit ululatu v. 752: ἰὼ δαῖμον et v. 754: ἰὼ τλᾶμον, reputaveris, nihil hoc loco concedes sententiae magis consentaneum esse hac oratione:

αἰαῖ· τί δρῶμεν, θάνατος ὢν κεῖται πέρι;

Cui questui bene convenit quod Creusa respondet: τίς ἥδε μοῦσα; Ac similiter nuntius coactus denique ab Iocasta expromere tristia Phoen. 1217 sic erditur: αἰαῖ· τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ εὐαγγέλου φήμης ἀπελθεῖν; et Medea interroganti paedagogo: τί συγχυθεῖσ' ἕστηκας ἡνίκ' εὐτυχεῖς; respondet Med. 1006: αἰαῖ.

Ion. 800: ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατήρ;
οἶσθ', ἢ σιωπῇ τοῦτ' ἀκύρωτον μένει;

Non sine causa Nauckius in voce ἀκύρωτον v. 801 offendit, qua nomen significetur abolitum, quod antea erat constitutum. Creusa vero eorum meminit, quae ex Ione comperit v. 309: τοῦ θεοῦ καλοῦμαι et v. 311: Λοξίου κεκλήμεθα. Deinde non convenit ἀκύρωτον vocabulo σιωπῇ. Nec satis conveniens habeo, quod Nauckio occurrit: ἀκήρυκτον. Aptius videtur hoc esse:

οἶσθ', ἢ σιωπῇ τοῦτο κρυπτὸν ἐμμένει;

Sed admonent haec me de iis, quae Iolaus choro respondet Heracl. 88: τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην
Ἰόλαον· οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.

Quamquam enim non nescius sum, saepius apud Euripidem σῶμα ad hominem usurpari designandum, ut Alc. 636. Androm. 315. Med. 24 (cf. *de ubert. or. Soph.* I. p. 22. Wernicke ad Tryph. p. 349. Siefert. ad Plut. Philop. 3, 3): tamen natura atque vis adiectivi ἀκήρυκτος poscere videtur, ut corrigatur: οὐ γὰρ ὄνομ' ἀκήρυκτον τόδε.

Ion. 1287—89.

ΚΡ. ἀλλ' οὐκέτ' ἦσθα Λοξίου, πατρὸς δὲ σοῦ.
ΙΩΝ. ἀλλ' ἐγενόμεσθα, πατρὸς δ' οὐσίαν λέγω.
ΚΡ. οὔκουν τότ' ἦσθα· νῦν δ' ἐγώ, σὺ δ' οὐκέτ' εἶ.

Foede haec corrupta esse, cum ex metro v. 1288 claudi-

cante, tum ex ipsa intellegitur impedita Hermanni interpretatione: „*factus sum dei, si id quod vere est patris spectatur, cura in alendo educandoque filio posita:*“ quasi vero verbia *πατρὸς οὐσίαν λέγω* haec omnia possint contineri. Neque *ἐγενόμεσθα* v. 1288 vitio caret, quoniam at num iis, quae Creusa modo dixit, pugnat nec cum iis congruit quae eadem respondet: *οὔκουν τότ' ἦσθα*, i. e. *ergo tum non eras*, unde apparet, Ionem non dixisse, se quidem fuisse Apollinis vel factum esse, sed fere contrarium. Nec subvenies sententiae, si *οὐκοῦν* scripseris. Denique v. 1289: *σὺ δ' οὐκέτ' εἶ*, antecedentibus *οὔκουν τότ' ἦσθα*, ita perversa sunt atque absurda, ut verbo satis sit significare, quantopere claudicent. Nec iuvat enumerare ac refellere, quae emendationis loco a doctis viris adhuc proposita sunt. Nemini enim contigit, ut removeret difficultates, quas posse removeri non despero equidem. Ac primum quidem pro

ἐγενόμεσθα scribendum esse *ἐλεγόμεσθα*,

patet cum ex iis, quae Ion ipse dicit v. 136 sqq.: *Φοῖβός μοι γενέτωρ πατήρ· τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶ, τὸ δ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος ὄνομα λέγω, Φοῖβον τὸν κατὰ ναόν*, et v. 311: *Λοξίου κεκλήμεθα*, tum ea verbia Pythiae v. 1325: *ἀλλ' οὖν ἐλεγόμεσθ'*, et Creusae v. 1541: *τοῦ θεοῦ δὲ λεγόμενος οὐκ ἔσχες ἄν ποτ' οὔτε παγκλήρους δόμους κτλ.* — Habes orationem, cui egregie conveniat quod Creusa respondet v. 1289: *οὔκουν τότ' ἦσθα.*

Sed venio ad maiora: *πατρὸς δ' οὐσίαν λέγω*, quae ut brevi praecidam, sic emendanda duco:

πατέρα δ' ὡς ἴσον νέμω,

h. e. *parentis autem loco habeo*, quae quam cohaereant et cum superioribus et cum iis quae Creusa regerat, nemo non videt. De ipsis autem verbis cf. v. 1363: *ἴσον γάρ σ' ὡς τεκοῦσ' ἀσπάζομαι.* 321: *Φοίβου προφῆτις, μητέρ' ὡς νομίζομεν.* Orest. 882: *τὸν δ' ὥστ' ἀδελφὸν ἴσα*

φίλον λυπούμενον, de quo loco prudenter Klotzius disputavit; est autem Pylades *ἰσάδελφος ἀνήρ* (Orest. 1015). Restat ut salutem afferam extremis v. 1289: *σὺ δ' οὐκέτ' εἶ*, quae non dubium est quin sic emendanda sint:

σὺ δ' οἰκέτης·

h. e. *tu vero servus es*; quod non sine acerbitate suae dignitatis conscia Creusa addit. Accedit quod servum se ipse Ion saepius dicit, ut. v. 132: *κλεινὸς δ' ὁ πόνος μοι θεοῖσιν δούλαν χέρ' ἔχειν*. 182: *Φοίβῳ δουλεύσω*. 309: *τοῦ θεοῦ καλοῦμαι δοῦλος, εἰμί τ' ὦ γύναι*. 327: *τοῖς τοῦ θεοῦ κοσμούμεθ', ᾧ δουλεύομεν*. 1373: *ἀλλ' ἀνώνυμος ἐν θεοῦ μελάθροις εἶχον οἰκέτην βίον*. Adde Pythiae vocem v. 1343: *ὁ θεὸς ἐβούλετ' ἐν δόμοις σ' ἔχειν λάτριν*. Hunc igitur iam habes Creusae cum Ione sermonem:

ΚΡ. ἀλλ' οὐκέτ' ἦσθα Λοξίου, πατρὸς δὲ σοῦ.
ΙΩΝ. ἀλλ' ἐλεγόμεσθα, πατέρα δ' ὡς ἴσον νέμω.
ΚΡ. οὔκουν τότ' ἦσθα, νῦν δ' ἐγώ, σὺ δ' οἰκέτης.

Ut doceat, quo iure Athenis Xuthus regnet, Ion haec dicit

Ion. 1298: *ὅπλοισιν αὐτὴν οὐ λόγοις ἐρρύσατο.*

in quibus inepta esse *οὐ λόγοις*, consentiunt fere interpretes, luculenterque docuerunt cum Hermanno Hartungius. Unus nuper Reuscher. (*Annot. ad loc. aliquot Ion. Eur.* Potsd. 1859. p. 16) defendere conatus est librorum scripturam, motus fortasse Hermanni suspitione: „*nisi Cleonem notare voluit.*“ Putat enim, ab Euripide non tam veterum illorum hominum vitam et instituta affingi, quam suae aetatis artes ac mores respici: Xuthum igitur, qui virtute bellica urbem ab hostibus liberasset, ita laudibus poetam ornasse, ut simul prava aequalium studia castigaret, qui vanis ac turbulentis orationibus patriam conservare sibi viderentur; eamque sententiam confirmari ille putat hoc loco Supplicum, quem habet scilicet simillimum, v. 902: *Τυδέως δ' ἔπαινον*

ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν· οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφός. Quid igitur? quod in Tydei virtutibus numeratur, idem putas de Xantho apte dici, cuius non mores pluribus describantur, sed quid bello gesserit breviter indicetur? An reconditam quandam irrisionem statuis etiam in Aethrae verbis inesse Suppl. 25: ὅς μ' ἐξοτρύνει παῖδ' ἐμὸν πεῖσαι λιταῖς νεκρῶν κομιστὴν ἢ λόγοισιν ἢ δορὸς ῥώμῃ γενέσθαι, vel in chori interrogatione v. 602: διὰ δορὸς εἶπας ἢ λόγων ξυναλλαγαῖς; vel in iis quae nuntius dicit Hel. 717: σὺ γὰρ πόσις τε σὸς πόνων μετέσχετε, σὺ μὲν λόγοισιν, ὁ δὲ δορὸς προθυμίᾳ? quamquam haec quidem, ut supra p. 17 docui, corrupta esse videntur. Certo vehementer cavendum est, ne tragicorum poetarum dictis nescio quibus aequalium mores resque gestas facete descriptas esse temere putes. Atque hoc loco ita obscura esset eiusmodi significatio atque irrisio, ut, nisi adhibito huius scilicet aetatis docto interprete nemo hercle Atheniensium intellecturus fuerit. An tam studiose operam dedisse putamus veteres poetas tragicos moribus aequalium perstringendis, ut personas ea adeo loquentes facere non vererentur, quae a ratione sententiarum essent alienissima? Sed quid plura! Uti facile est, incredibilia haec opinionis commenta refellere, sic difficilis huius loci emendatio. Languidum enim, quod Iacobsius coniecit: ὡς λέγουσ', ad sententiam vero apposita et Hermanni coniectura: ἐν πόνοις, et Hartungii: συμμάχοις. Sed neutra a litterarum similitudine satis habet probabilitatis. Similius certe librorum scripturae ΟΥΛΟΓΟΙC est ЄΥΜЄΝΩC (εὐμενῶς), neque alienum hoc a sententia, cf. Alc. 211: ὥστ' ἐν κακοῖσιν εὐμενεῖς παρεστάναι. Suppl. 630: πόλει μοι ξύμμαχος γενοῦ τᾷδ' εὐμενής. Rhes. 276: ἀνὴρ γὰρ ἀρχῆς μυρίας στρατηλατῶν στείχει φίλος σοὶ σύμμαχός τε τῇδε γῇ.

Ion. 1404. Ut Creusa conspecta arca aram reliquit, et Ion servos admonuit: *λάζυσθε τήνδε· θεομανὴς γὰρ ἥλατο*
βωμοῦ λιποῦσα ξόανα· δεῖτε δ' ὠλένας.
illa v. 1404: *σφάζοντες οὐ λήγοιτ' ἄν· ὡς ἀνθέξομαι*
καὶ τῆσδε καὶ σοῦ τῶν τε σῶν κεκρυμμένων.

Apparet igitur, complecti Creusam filium et arcam, Ionisque hortatu impetum in eam servos facere. Iam vero *σφάζοντες οὐ λήγοιτ' ἄν* prope absurda sunt. Nec multum proficitur Hermanni coniectura, in quam Boissonadius quoque incidit, *σφάζοντες οὖν λήγοιτ' ἄν*, i. e. „*igitur mactando denique finem facietis,*" qua quidem sententia nihil cogitari potest ineptius. Scilicet si quaerimus certe vulneratus sit necesse est, qui coeptus sit occidi! huius vero rei nulla credo usquam mentio. Unum relinquitur, ut *σφάζοντες οὐ λήγοιτ' ἄν*; interpretemur: ***desistite a consilio me occidendi.*** At primum quidem Ion non hortatus erat, ut occiderent mulierem, sed ut vincirent tantummodo; deinde, ut iniussi caedem aggredi servi putandi forsitan sint, quemadmodum cum hac Creusae adhortatione, ne servi ipsam occidant, cohaereant ea, quibus confirmat eadem adhortationem: *ὡς ἀνθέξομαι*, prorsus non intellego. Immo haec ipsa demonstrant apertissime, pro *ΟΥΛΗΓΟΙΤ* scribendum esse: *ΟΥΜΕΙΡΓΟΙΤ*,
h. e. *σφάζοντες οὔ μ' εἴργοιτ' ἄν, ὡς ἀνθέξομαι κτλ.*
i. e. (vel) ***mortis periculo non me arcebitis, nam hanc arcam et hunc retinebo.*** Aliquanto brevius Creonti monenti Phoen. 1660: *λάζυσθε τήνδε κεἰς δόμους κομίζετε·* respondet Antigona: *οὐ δῆτ', ἐπεὶ τοῦδ' οὐ μεθήσομαι νεκροῦ.*

Paulo post a Creusa filius appellatus Ion indignatus ait
Ion. 1410: *παῦσαι πλέκουσα· λήψομαί σ' ἐγὼ καλῶς*,
quibus significat, illam se esse deprehensurum fraudulentam mulierem et fallaciarum convicturum. Nec fugit Creusam, quid spectet Ion; ita enim si non esset, non posset respondere:

εἰς τοῦθ᾽ ἱκοίμην, τοῦδε τοξεύω, τέκνον.

Iam vero quae Ion pronuntiat, obscuriora sunt, quam ut idonea exsistant ad ipsius consilium aperiendum. Nihil enim in iis est, unde iure Creusa colligat, quanam tandem arte Ion ipsam velit convincere. Deinde quamvis per se recte se habeat *παῦσαι πλέκουσα*, ut Iphigenia (Iph. Taur. 803) *οὐ παύσει*, inquit, *λέγων*; aegre tamen eius rei desideratur significatio, cuius Ion Creusam studeat coarguere, ut hoc quidem loco *πλέκουσα* ad verbum quod sequitur referre praestet. Solet enim plerumque verbo *λαμβάνειν* adiectivum addi vel participium, ut Soph. Oed. R. 461: *κἂν λάβῃς ἐψευσμένον, φάσκειν ἔμ᾽ ἤδη μαντικῇ μηδὲν φρονεῖν.* 605: *ἐάν με τῷ τερασκόπῳ λάβῃς κοινῇ τι βουλεύσαντα κτλ.* Trach. 807: *τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ᾽ ἐμῷ καὶ δρῶσ᾽ ἐλήφθης.* Eur. Med. 381: *εἰ ληφθήσομαι — τεχνωμένη.* Xen. Anab. IV, 6, 15: *ἐὰν ληφθῆτε κλέπτοντες.* cf. Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 473. B. Phaedr. p. 256. C. Weber. ad Dem. in Aristocr. §. 205. p. 517. Quae cum ita sint, primum quidem pro *παῦσαι πλέκουσα· λήψομαί σ᾽* scribendum arbitror: *παῦσαι· πλέκουσαν λήψομαί σ᾽ κτλ.* *Παῦσαι* enim participio carens saepenumero est admonentis alterum ac silere iubentis, ut idem valeat quod *παῦσαι λόγων τῶνδ᾽* Ion. 650; cf. Soph. Aiac. 1353. El. 1429. Oed. R. 631. Ant. 280. Fragm. 84, 1. Eur. Alc. 673. Androm. 691. Iph. Taur. 554. Aristoph. Vesp. 652. Thesm. 1078. Babr. fab. 16, 2. Deinde haud scio an Ionis voci nonnihil lucis eo afferatur, ut pro *ΚΑΛΩϹ* scribatur *ΚΑΝΩΙ*, h. e.

παῦσαι· πλέκουσαν λήψομαί σ᾽ ἐγὼ κανῷ.

Ion. 1537: *ὁ θεὸς ἀληθής, ἢ μάτην μαντεύεται,*
ἐμοῦ ταράσσει, μῆτερ, εἰκότως φρένα.

Tametsi per se recte dicitur *θεὸς ἀληθής*, cf. Soph.

Phil. 993: *θεοὺς προτείνων τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης. ΟΔ. οὐκ, ἀλλ' ἀληθεῖς*, hoc tamen loco adiectivum displicet *ἀληθής* v. 1537, cum sequatur *ἢ μάτην μαντεύεται.* Neque vero *ἀληθῶς*, quod Nauckius coniecit, scripsisse poetam credo, sed potius *ἀληθές*, adductus imprimis his locis: Ion. 275: *τί δαὶ τόδ'; ἆρ' ἀληθὲς ἢ μάτην λόγος*; Soph. Phil. 345: *λέγοντες εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην.*

Ion.1553: *Μὴ φεύγετ'· οὐ γὰρ πολεμίαν με φεύγετε,*
ἀλλ' ἔν τ' Ἀθήναις κἀνθάδ' οὖσαν εὐμενῆ.

Minervae haec sunt appellantis Creusam et Ionem, qui deae adspectu perterriti fugam capessunt. Admirabile autem illud: *nolite fugere. nam me fugitis non inimicam*, quae ita est contorta sententia, ut Euripide indigna esse videatur. Quare Elmsleius correxit: *οὐ γὰρ πολεμίαν με λεύσσετε*, quod licet sententiae rationi conveniat, tamen non credibile est ex *λεύσσετε* natum esse *φεύγετε* Unam litterulam paululum muta, habebis opinor quae Euripidis essa videantur. Scribendum est enim pro

ΜΕΦΕΥΓΕΤΕ
ΜΕΦΕΥΡΕΤΕ

h. e. *μὴ φεύγετ'· οὐ γὰρ πολεμίαν μ' ἐφεύρετε κτλ.* cf. Alc. 728: *τήνδ' ἐφεῦρες ἄφρονα.* Iph. Taur. 708: *φίλτατόν σ' εὗρον φίλων.* Herc. fur. 569: *ὅσους κακοὺς ἐφεῦρον.* Androm 608: *κακὴν ἐφευρόντα.* Soph. Ant. 281: *μὴ ἐφευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα* Oed. R. 1213: *ἐφεῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος.* Nec tamen perfecta est huius loci emendatio. Quae sequuntur enim: *ἀλλ' ἔν τ' Ἀθήναις κἀνθάδ' οὖσαν εὐμενῆ*, illa certe quam posui emendatione recepta, retineri nequeunt. Quapropter tollendum existimo hunc versum 1554, quo sublato inepti nihil relinquitur:

μὴ φεύγετ᾽· οὐ γὰρ πολεμίαν μ᾽ ἐφεύρετε,
ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονός,
Παλλάς, κτλ.

Ion. 1562. Minerva ut affirmavit, vere esse Creusam Ionis matrem: Apollo, inquit, tradidit *οὐ φῦσασί σε,*

ἀλλ᾽ ὡς νομίζῃς οἶκον εὐγενέστατον.

Haec enim videtur esse codicis *C.* scriptura, in cod. *B.* autem invenitur *νομίζεις*. Quae cum enucleari non possent, plerique interpretes Lentingium secuti sunt. qui correxit: *ἀλλ᾽ ὡς κομίζῃ σ᾽ οἶκον εὐγενέστατον.* Non recte opinor; immo *NOMIZEIC* natum est ex *ΜΟΛΗΙΣΕΙC* h. e.

ἀλλ᾽ ὡς μόλῃς εἰς οἶκον εὐγενέστατον.

cf. v. 1270: *ἐσθλοῦ δ᾽ ἔκυρσα δαίμονος, πρὶν ἐς πόλιν μολεῖν Ἀθηνῶν χὐπὸ μητρυιὰν πεσεῖν.*

Ion. 1606 sqq:

ὦ Διὸς Παλλὰς μεγίστου θύγατερ, οὐκ ἀπιστίᾳ
σοὺς λόγους ἐνδεξόμεσθα· πείθομαι δ᾽ εἶναι πατρὸς
Λοξίου καὶ τῆσδε· καὶ πρὶν τοῦτο δ᾽ οὐκ ἄπιστον ἦν.

In his ut non dicam de *ἐνδεξόμεσθα*, quod cum Musgravio in *ἐδεξάμεσθα* mutandum videtur, difficultates habent extrema v. 1608: *καὶ πρὶν τοῦτο δ᾽ οὐκ ἄπιστον ἦν*, quae alii aliter emendare studuerunt. Sed longum est eas coniecturas enumerare, quibus emendata oratio non sit. Unus Dobraeus recte intellexit, Ionem hoc debere dicere, *se iam credere, natum se esse Apolline et Creusa, quamquam antea dubitaverit.* Haec una enim sententia congruit cum iis, quae Ion modo dixit v. 1546—48. Longius vero a librorum scriptura aberrat eiusdem viri docti emendatio: *κεἰ πρὶν τοῦτ᾽ ἄπιστον ἦν ἐμοί.* Scribendum est sine dubio:

πείθομαι δ᾽ εἶναι πατρὸς
Λοξίου καὶ τῆσδε. κεἰ πρὶν τοῦτ᾽ ἔμοιγ᾽ ἄπιστον ἦν.

ΤΟΥΤΟΔΟΥΚ enim litterarum formis non multum discrepat a *ΤΟΥΤΕΜΟΙΓ*.

Megara ad moriendum parata confirmare suorum animos bis studet

Herc. fur. 282: τῷ δ' ἀναγκαίῳ τρόπῳ
ὃς ἀντιτείνει, σκαιὸν ἡγοῦμαι βροτόν.

In manifesta hac sententia unum est, quod scrupuli aliquid possit iniicere: ἀναγκαίῳ τρόπῳ, quod idem valere statuunt atque ἀνάγκῃ. Neque tamen similes loci sunt, quos esse praedicant. Ut de Rhes. v. 599 enim non dicam:

ἄνδρα δ' οὐ πέπυσθε σύμμαχον
Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλῳ τρόπῳ;

ubi τρόπῳ ita ineptum est, ut aut οὐ φαύλῳ στόλῳ scribendum sit, quod Nauckius Eur. Stud. I. p. 68 coniecit, aut quod non minus probabile est: οὐ φαύλῳ στρατῷ, vel: οὐ φαύλοις ὅπλοις (cf. Phoen. 113: μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων. Orest. 573: ἥτις μεθ' ὅπλων ἄνδρ' ἀπόντ' ἐκ δωμάτων κτλ. Phoen. 511: ἐλθόντα σὺν ὅπλοις. Soph. Ant. 115: πολλῶν μεθ' ὅπλων), in ceteris: Med. 751: ἑκουσίῳ τρόπῳ. Hel. 1547: ποιητῷ τρόπῳ. Orest. 1040: αὐτόχειρι θνῆσχ' ὅτῳ βούλει τρόπῳ vocabulum τρόπος cum adiectivo ita coniunctum est, ut adverbii vim ea habeant. Nec multum ab his discrepat quod ex Plutarcho (Coriol. 25.) Pflugkius petivit: ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρωπίνων ἀναγκαίῳ τινὶ τρόπῳ καὶ διὰ βίας περαινόμενα. Hoc vero, de quo disputamus, loco aperta significatur mortis necessitas. Quare dubito de scripturae integritate, poetamque scripsisse suspicor:

τῷ δ' ἀναγκαίῳ πότμῳ κτλ.

ΤΡΟΠΩΙ enim et *ΠΟΤΜΩΙ* facile permiscebantur. Quam sit aptum autem, quod conieci, apparet ex his locis: Soph. Aiac. 803: πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης. Hom. Il. XVI, 836:

ὅ σφιν ἀμύνω ἦμαρ ἀναγκαῖον. Soph. El 48: *τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης.* Eur. Iph. Aul. 511: *ἀλλ' ἥκομεν γὰρ εἰς ἀναγκαίας τύχας.* Hel. 254: *τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν.* El. 1301: *μοῖραν ἀνάγκης ἦγεν τὸ χρεών.* cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. 485.

Amphitruoni interroganti, num de ipsius reditu ab inferis Eurystheus edoctus sit, Hercules respondet

Herc. fur. 617:

οὐκ οἶδεν· ἐλθὼν τἀνθάδ' εἰδείην πάρος,

quae vitio non carere mihi persuasum est. Difficile est enim dispicere, quid sibi optativus *εἰδείην* hoc loco velit, quam difficultatem Klotzius certe non putandus est expedivisse, uti Hartungius demonstravit. Cum desperarent igitur de iusta loci explicatione plerique interpretes Matthiaei amplexi sunt coniecturam: *οὐκ οἶδ', ἵν' ἐλθὼν τἀνθάδ' εἰδείην πάρος,* quod interpretatur ille: *nescit* h. e. *non renuntiavi, quod idcirco facere omisi, ut rerum domesticarum statum antea cognoscerem.* At vereor admodum, ne haec obscurior sit oratio, quam ut dignam dicas elegantia et perspicuitate Euripidea. Exorsa enim a verbo *οὐκ οἶδεν* contortius concluditur sententia, qua multo planius et evidentius illud procedit in Ion. v. 950: *ὁ παῖς δὲ ποῦ 'στιν, ἵνα σὺ μηκέτ' ἦς ἄπαις;* et v. 1420: *μορφὴν ἔχον τίν'; ὥς με μὴ ταύτῃ λάβῃς.* Quare *ἐλθὼν* commutare malo in *ἐλθεῖν*, *ΕΙΔΕΙΗΝ* autem in *ΕΙΛΟΜΗΝ*, ut haec exsistat sententia:

οὐκ οἶδεν· ἐλθεῖν δ' ἐνθάδ' εἱλόμην πάρος

h. e. *nescit; huc autem antea ire malui.*

Paulo post Thesei mentione iniecta Amphitruo ex Hercule quaerit Herc. fur. 620:

καὶ ποῦ 'στιν; ἢ γῆς πατρίδος οἴχεται πέδον;

quae non significant quod debent significare: *ubi est? an in patriam suam se contulit?* Quicunque enim legit vel audit,

non potest fere facere quin *πατρίδος πέδον* intellegat *οἰχόμενον*, eorum nimirum memor quaè apud eundem Euripidem inveniuntur Heracl. 14: *πόλις μὲν οἴχεται.* Tro. 596: *οἰχομένας πόλεως*, de quibus supra p. 31 dixi. Numquam enim quantum scio verbo *οἴχεσθαι* vis abeundi subiecta est, ut nomini, si quod ad locum significandum appositum sit, non adiuncta sit praepositio; cf. Hom. Il. XV, 223: *οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν.* 499: *εἴ κεν Ἀχαιοὶ οἴχωνται σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.* Od. 16, 24 et 142: *ᾤχεο νηῒ Πύλονδε.* Pind Nem. VII, 40: *ᾤχετο δὲ πρὸς θεόν.* Fragm. 144. 2: *ὁ δὲ χλωραῖς ἐλάταισι τυπεὶς ᾤχετ᾽ ἐς χθόνα.* Theogn. 1292: *ᾤχετο δ᾽ ὑψηλὰς ἐς κορυφὰς ὀρέων.* Aesch. Pers. 1: *τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων Ἑλλάδ᾽ ἐς αἶαν πιστὰ καλεῖται.* Eur Hec. 822: *αὐτὴ δ᾽ ἐπ᾽ αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι.* Orest 846: *πρὸς δ᾽ Ἀργείων οἴχεται λεών.* Heracl. 818: *Ὕλλος μὲν οὖν ἀπῴχετ᾽ εἰς τάξιν πάλιν.* Hel. 1219: *ἐς αἰθέρ᾽ οἴχεται.* Iph. Aul 75 sq.: *ἐρῶν ἐρῶσαν ᾤχετ᾽ ἐξαναρπάσας Ἑλένην πρὸς Ἴδης βούσταθμα.* Suppl. 36: *οἴχεται δέ μοι κῆρυξ πρὸς ἄστυ.* 709: *ἀλλ᾽ ᾤχετ᾽ εἰς τὸ κάμνον οἰκείου στρατοῦ.* Ion. 1125: *πρὸς δεῖπνα Ξοῦθος μὲν ᾤχετο.* Aristoph. Acharn. 81: *ἀλλ᾽ εἰς ἀπόπατον ᾤχετο στρατιὰν λαβών.* Av. 1269: *δεινόν γε τὸν κήρυκα τὸν παρὰ τοὺς βροτοὺς οἰχόμενον.* Vesp. 51: *ἐς κόρακας οἰχήσεται.* 1271: *πρεσβεύων γὰρ ἐς Φάρσαλον ᾤχετο.* Thesm. 645: *αὖθις ἐς τὸ πρόσθεν οἴχεται.* Eccles. 62: *ὁπόθ᾽ ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μου.* 550: *μὰ Δί᾽ ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἣν ἐγῳχόμην.* Plut. 32: *ᾠχόμην ὡς τὸν θεόν.* Xen. Anab. I, 10, 5: *βασιλεὺς δ᾽ αὖ ἤκουσε Τισσαφέρνους, ὅτι οἱ Ἕλληνες — εἰς τὸ πρόσθεν οἴχοιντο διώκοντες.* VII, 7, 55: *ἔλεγον ὡς Ξενοφῶν οἴχοιτο πρὸς Σεύθην οἰκήσων.* Haud secus est, ubi ad mortem hoc verbum transfertur, ut Hom. Il. XXII. 213: *ᾤχετο δ᾽ εἰς Ἀΐδαο.* XXIII. 100: *ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς — ᾤχετο.*

Soph. El. 834: *οἰχομένων εἰς Ἀΐδαν.* Eur. Phoen. 1055: *ἐπὶ θάνατον οἴχεται.* Med. 1235: *ἥτις εἰς Ἅιδου πύλας οἴχει.* Hel. 518: *οἴχεται δι᾽ ἔρεβος χθονὶ κρυφθείς.* Fragm. adesp. 424: *ἔζης ἄρ᾽ οὐδὲ γῆς ἔνερθ᾽ ᾤχου θανών.* In hac igitur exemplorum infinita multitudine aut corrigendum est: *ἢ γῆς πατρίδος ᾤχετ᾽ ἐς πέδον*; aut, quod probabilius duco, emendandum:

καὶ ποῦ ᾽στιν; ἢ γῆς πατρίδος ἔρχεται πέδον:

ut praesens sit pro praeterito, ut Soph. Trach. 259: *ἀλλ᾽ ὅθ᾽ ἁγνὸς ἦν, στρατὸν λαβὼν ἐπακτόν, ἔρχεται πόλιν τὴν Εὐρυτείαν.* Probabilius autem propterea iudico, quoniam *οἴχεσθαι* et *ἔρχεσθαι* saepius permixta sunt, ut Soph. fr. 707. Oed. Col. 574. cf. Nauck. Eur. Stud. II. p. 186.

Laudatis Herculis virtutibus meritisque Lyssa hoc monet Herc. fur. 854:

σοὶ δ᾽ οὐ παραινῶ μεγάλα βούλεσθαι κακά.

Repraesentavi quam Nauckius constituit scripturam. qui cum recte emendaverit *σοὶ δ᾽*, reliquit tamen *βούλεσθαι κακά*, cui locutioni geminum exemplum non me memini legisse apud poetas tragicos. Apud *Homerum* quidem satis frequens est *βούλεσθαί τινί τι*, num concedi debeat *Euripidi*, aliquantum dubito. Scribendum potius est aut quod iam Camper. olim ad El. p. 369 coniecit: *μεγάλα βουλεῦσαι κακά* (cf. Med. 317: *μή τι βουλεύῃς κακόν.* Hec. 870: *ἤν τι βουλεύσω κακὸν τῷ τόνδ᾽ ἀποκτείναντι.* Fragm. 908, 3: *ἡ δ᾽ ἐνδεὴς τοῦδ᾽ οὖσα βουλεύει κακά.* Crit. fr. 1, 22. (p. 598 N.): *ἐὰν δὲ κἂν σιγῇ τι βουλεύῃς κακόν.* Theogn. 1089: *εἴ ποτε βουλεύσαιμι φίλῳ κακόν.*), aut:

μεγάλα βούλεσθαι κακοῦν.

cf Hel. 268: *ὅστις — πρὸς θεῶν κακοῦται, βαρὺ μέν, οἰστέον δ᾽ ὅμως.* Aesch. Prom. 976: *τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεούς, ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ᾽ ἐκδίκως.* Fragm. 151:

θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς, ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

Monenti Lyssae postquam Iris respondit:
Herc. f. 855 *μὴ σὺ νουθέτει τά θ' Ἥρας κἀμὰ μηχανήματα,*
illa iterum amice

v. 856 *εἰς τὸ λῷστον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος ἀντὶ τοῦ κακοῦ.*
in qua oratione negari nequit offensionis aliquid habere *τὸ λῷστον* propterea quod adiectum sit *ἀντὶ τοῦ κακοῦ.* Hoc enim si deesset, nemo opinor haesitaret, quippe recordatus admodum similia haec: Aesch. Prom. 204: *ἐνταῦθ' ἐγὼ τὰ λῷστα βουλεύων πιθεῖν Τιτᾶνας — οὐκ ἠδυνήθην.* 308: *ὁρῶ, Προμηθεῦ, καὶ παραινέσαι γέ σοι θέλω τὰ λῷστα, καίπερ ὄντι ποικίλῳ.* Agam. 1053: *ἕπου· τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.* Soph. Oed. R. 1066: *καὶ μὴν φρονοῦσά γ' εὖ τὰ λῷστά σοι λέγω.* Eur. Hipp. 901: *Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις.* Fragm. 443: *Θησεῦ, παραινῶ σοι τὸ λῷστον, εἰ φρονεῖς.* Neque vero quod Nauckio placuit: *τὸ λῷον* probaverim, quamquam non immemor loci illius Euripidei Med. 911: *ἀλλ' εἰς τὸ λῷον σὸν μεθέστηκεν κέαρ.* cf. Heracl. 110: *εὐβουλίας τυχόντα τῆς ἀμείνονος.* Eo enim, quod Iris non sine aliquo aculeo respondet: *οὐχὶ σωφρονεῖν γ' ἔπεμψε δεῦρό σ' ἡ Διὸς δάμαρ,* adducor, ut pro *ΤΟΛΩΙΣΤΟΝ* scripsisse Euripidem credam: *ΤΟΣΩΦΡΟΝ* h. e.

εἰς τὸ σῶφρον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος ἀντὶ τοῦ κακοῦ.
cf. Soph. fr. 713: *ὕβρις δέ τοι οὔπώποθ' ἥβης εἰς τὸ σῶφρον ἵκετο.* Eur. fr. 671: *ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως κτλ.* Adderem etiam

Hel. 932:

ἣν δ' Ἑλλάδ' ἔλθω κἀπιβῶ Σπάρτης [ποτέ],
κλύοντες, εἰσιδόντες, ὡς τέχναις θεῶν,
ὤλοντ', ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἤμην φίλων,

πάλιν μ' ἀνάξουσ' εἰς τὸ σῶφρον αὖθις αὖ κτλ.,

si sana haec essent ac non ipsa indigerent emendationis. Recte enim Helena diceret: *πάλιν κεκτήσομαι τὸ σῶφρον*, i. e. ***rursus nanciscar famam pudicitiae*** (cf. Pflugk. ad Med. 218. Koechly ad Iph. Taur. 676): reducere vero in illam famam Spartae quidem cives haudquaquam possunt, qui concedere Helenae et impertire eam non sint dubitaturi. Non illorum enim opera laudem famamque recuperat amissam, sed sua innocentia ac castitate probata omnibus ipsa efficit, ut homines desinant de sua fama detrahere. Qua de causa scripserim aut:

πάλιν μ' ἀνάξουσ' ὥς γε σώφρον' αὖθις αὖ,

h. e. ***rursus efferent me ut pudicam mulierem***, cf. Herc. fur. 1331 sq.:

θανόντα δ', εὖτ' ἂν εἰς Ἅιδου μόλῃς,
θυσίαισι λαΐνοισί τ' ἐξογκώμασιν
τίμιον ἀνάξει πᾶσ' Ἀθηναίων πόλις.

aut, quandoquidem dubium est, num unum *ἀνάγειν* per se idem valeat quod *laudibus efferre*,

πάλιν μ' ἀνέξουσ' ὥς γε σώφρον' αὖθις αὖ.

Ἀνέχειν enim haud raro idem significat quod *τιμᾶν*, cf. Pflugk. ad Hec. 123. Wunder. ad Soph. Oed. Col. 673.

Herc. fur. 1023: *σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τεκόμενος, ὦ δάϊε,*
λυσσάδι συγκατειργάσω μοίρᾳ.

Quem ad modum expediri hoc loco posset *λυσσάδι μοίρᾳ*, nemo docuit, nec facile quisquam docebit. *Μοῖρα* enim vocabulum ab hoc loco est alienissimum. Nec iuvat conferre quae Med. 1281 leguntur: *τάλαιν' — ἅτις τέκνων ὃν ἔτεκες ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς.* Nam haec ipsa non vacua sunt offensione. *Μοῖρα* enim recte quidem dicitur ipsa hominem *καθελεῖν* (cf. Soph. Aiac. 516. Eur. Suppl. 609): inepte homo necare *μοίρᾳ* alterum, quasi idem

sit atque *αὐτόχειρι σφαγῇ* (Orest. 947). Diversum est autem quod legitur Herc. fur. 1393: *πάντες ἐξολώλαμεν Ἥρας μιᾷ πληγέντες ἀθλίῳ τύχῃ*, h. e. *infausto deae numine* (de adiectivo *ἄθλιος* cf. Soph. Oed. Col. 753, *de ub. or. Soph.* II. p. 26). Uterque igitur locus emendatione videtur egere. Atque illo, unde exorsa est disputatio mea, etiam metrum claudicare putant. Requiritur enim ad dochmium conficiendum syllaba producta, quare Kirchhoffius edidit: *σᾷ μοίρᾳ*. At dochmium necessario esse restituendum, non audeo asseverare. Fortasse licet statuere, in numeros *iambicos* cadere versum. Quod si licet, non longe repetenda est loci emendatio. *ΜΟΙΡΑΙ* enim perperam libris proditum videtur esse pro *ΝΟΡΜΑΙ*, extrema autem verbi antecedentis syllaba *σω* facile effecit, ut *συ* intercideret. Hanc igitur habes chori orationem:

λυσσάδι συγκατειργάσω σὺν ὁρμᾷ

i. e. *furoris impetu trucidasti*. cf. Soph. Ant. 135: *μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ βακχεύων ἐπέπνει κτλ.* Trach. 720: *δέδοκται — ταὐτῇ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα.* El. 1510: *ὦ σπέρμ᾽ Ἀτρέως, ὡς πολλὰ παθὸν δι᾽ ἐλευθερίας μόλις ἐξῆλθες τῇ νῦν ὁρμῇ τελεωθέν.**)

Iam vero vellem non minus facilis esset alterius loci emendatio. Possis quidem corrigere: *αὐτόχειρι πείρᾳ κτενεῖς*, at non habet hoc veri speciem, quare integrum malo hunc locum relinquere, quam ingenii arbitrio incerta expromere, sperans fore ut inveniat ille suum Oedipum.

Hercules ex somno excitatus et se ipse sensim colligens,

---

*) His nescio quo pacto adducor, ut Soph. Oed. Reg. 123 Creontem existimem non

λῃστὰς ἔφασκε συντυχόντας οὐ μιᾷ
ῥώμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν

dicentem fecisse poetam sed potius *οὐ μιᾷ ὁρμῇ κτανεῖν νιν*, h. e. *non unius impetu necasse.*

miratus clamat Herc. fur. 1089:

ἔμπνους μέν εἰμι καὶ δέδορχ' ἅπερ με δεῖ,
αἰθέρα τε καὶ γῆν τόξα θ' Ἡλίου τάδε.

Facit igitur quod eos facere consentaneum est, qui ex tenebris quibusdam, quae oculis mentive offusae erant, lucem subito dispiciunt, itaque solent esse animo perturbati, ut prope dubitent de iis quae adspiciant oculis. Sed obscuriora sunt verba ἅπερ με δεῖ, quae interpretatus Pflugkius: „*quae sanum vigilantemque decet videre*,“ expressit quidem sententiam haudquaquam ineptam, sed ipse addidit, quod poeta non scripsit: „*sanum vigilantemque.*“ Atqui omissis his sententiam negari nequit mancam esse et imperfectam, quae satis intellegi vix possit. Ac ne verbum δεῖ quidem aptum videtur esse, cuius loco exspectaveris: ἅπερ εἰκός sc. ἰδεῖν ἔμπνουν. Quae Nauckium sine dubio perduxerunt, ut proponeret:

καὶ δέδορχ' ἅπερ πάρος,

sententiae quidem bene subveniens, vim tamen afferens verbis. Quo nomine non reprehendes opinor hanc meam emendationem:

ἔμπνους μέν εἰμι, καὶ δέδορχ'. ἃ πρίν γ' ἀεὶ κτλ.

ΑΠΕΡΜΕΔΕΙ enim et *ΑΠΡΙΝΓΑΕΙ* vides quam sint litterarum formis similia.

Hercule ad mentis sanitatem revocato, Amphitruo dicit Herc. fur. 1109: *γέροντες, ἔλθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας;* cui chorus respondet

v. 1110: *κἄγωγε σὺν σοί, μὴ προδοὺς τὰς συμφοράς.*

Cum vero de ipsius Amphitruonis calamitatibus chorus loquatur, quas ille modo dixit *(τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας)* necesse videtur esse emendari

μὴ προδοὺς σὰς συμφοράς,

quod ipsum Lentingium iam coniecisse Pflugkius indicavit.

Simili medicina subveniendum videtur his, quae in reliquiis exstant Philemonis com. (fr. inc. 101. 4, 82):

ἄνθρωπος ὢν τοῦτ' ἴσθι, καὶ μέμνησ' ἀεί.

Scribendum autem nisi me fallit:

ἄνθρωπος ὢν σύ γ' ἴσθι καὶ μέμνησ' ἀεί.

Rursus Eur. El. 605 in senis illius oratione:

ὦ τέκνον, οὐδεὶς δυστυχοῦντί σοι φίλος,

cum communem aperte sententiam illa pronuntiet, qua sententia prope delectari solent poetae (cf. Herc. fur. 559: *φίλοι γάρ εἰσιν ἀνδρὶ δυστυχεῖ τίνες;* Phoen. 403: *τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἤν τι δυστυχῇς.* Soph. fragm. 663: *ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.* Eur. Herc. fur. 561. Pind. Nem. X, 78. Theogn. 299 sq. 645 sq. 897 sq. Delect. epigr. ed. Iacobs. VII, 60, 3. p. 248), cumque v. 608: *σὺ δ', ἐκ βάθρων γὰρ πᾶς ἀνῄρησαι φίλοις κτλ.* demum de ipsius Orestis fortuna loquatur, emendandum videtur esse:

ὦ τέκνον, οὐδεὶς δυστυχοῦντί τοι φίλος.

Precanti Herculi atque oranti, ut de ratione fortunae suae edoceatur, aegre obsecutus Amphitruo, quae acciderint, breviter significat

Herc. f. 1127: *ὦ Ζεῦ, παρ' Ἥρας ἆρ' ὁρᾷς θρόνων τάδε;*

Dilucida est sententia, nec tamen uti mihi videtur omni labecula vacua. Namque licet obscurius Amphitruo loquatur, et, quidquid ab Iovis uxore profectum dicitur, inimicitiae plenum Hercules intellegere debeat, ita tamen vanum et inane est *παρ' Ἥρας θρόνων*, ut vitium aliquod latere suspicer: id quod non crederem, si unum *παρ' Ἥρας τάδε* legeretur, ut haec sunt Hel. 708: *Ἥρας τάδ' ἔργα.* Nunc vero, quoniam *additum* est nomen, vocabulum requiritur, quo magis definite designetur, quod designandum est, praesertim cum ex eo quod Hercules respondet: *ἀλλ' ἦ τι κεῖθεν πολέμιον πεπόνθαμεν;* effici videatur, ut infesti deae animi

mentio in antecedentibus facta fuerit. Haec cogitanti mihi occurrit: *ὦ Ζεῦ, παρ' Ἥρας ἆρ' ὁρᾷς πονοῦντά με;* cf. Soph. fr. 104, 7: *ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα.* Quamquam, cum ad Herculem maxime deae iracundia pertineat, praestat fortasse lenior haec verborum mutatio:

ὦ Ζεῦ, παρ' Ἥρας ἆρ' ὁρᾷς ὀργῶν τάδε;

ΟΡΓΩΝ enim et *ΘΡΟΝΩΝ* facile permiscebantur. Adde quod ipsa Iris dicit v. 840: *ὡς — γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος, μάθῃ δὲ τὸν ἐμόν.* Praeterea cf. Med. 1172: *καί τις γεραιὰ προσπόλων δόξασά που ἢ Πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν ἀνωλόλυξε.*

Theseus, Athenis qui advenit, admiratus caedem recentem interrogat

Herc. fur. 1174: *τίς τάδ' ἔκτεινεν τέκνα;*
τίνος γεγῶσαν τήνδ' ὁρῶ συνάορον;

Quae si quis audit, facere fere non potest, quin non mortuam Theseum putet videre mulierem sed viventem; atque adeo hoc incertum est, utrum de marito viventis interroget an genus mulieris, unde orta sit, ex Amphitruone quaerat. Requiritur autem ea quam Hartungius expressit sententia: *Wess Gattin war die, welche hier getödtet liegt?* Itaque non dubito equidem, quin *γεγῶσαν* corruptum emendandumque sit:

τίνος βεβῶσαν τήνδ' ὁρῶ συνάορον;

βεβηκότες enim exstincti dicuntur; cf. Phryn. fragm. 9: *τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων.* Eur. Alc. 392. 394. Androm. 1022. 1027. Orest. 971. Suppl. 1139. Wunder. ad Soph. Phil. 488.

El. 19: *ἡ δ' ἐν δόμοις ἔμεινεν Ἠλέκτρα πατρός,*
ταύτην ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος,
μνηστῆρες ᾔτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός.

Insolitum est quod librorum memoria v. 20 proditur: *ταύτην — εἶχ' ἥβης χρόνος*, cui locutioni geminum exem-

plum non memini me legisse. Quae vero poetarum in eiusmodi causa dicendi sit consuetudo, intellegitur id cum ex Theognidis loco v. 1008: *ὄφρα τις ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων, κτλ.* tum ex his: Eur. Hel. 12: *ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραία γάμων.* Soph. Oed. R. 1492: *ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς.* Neque alienum est commemorare Soph. Phil. 199: *πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος.* Fragm. 866, 3: *ὅταν δ' ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ.* Ant. 896: *πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.* Eur. Ion. 15: *ὡς δ' ἦλθεν χρόνος.* Neque hoc loco recessit Euripides a communi consuetudine, qui scripsit sine dubio non *EIX* sed *HX*, i. e.

ταύτην, ἐπειδὴ θαλερὸς ἦχ' ἥβης χρόνος,
μνηστῆρες ᾔτουν κτλ.

Colonus, cur Electram non pro uxore habeat concubituque abstineat, has affert causas

El. 45: *αἰσχύνομαι γὰρ ὀλβίων ἀνδρῶν τέκνα*
λαβὼν ὑβρίζειν, οὐ κατάξιος γεγώς.
στένω δὲ τὸν λόγοισι κηδεύοντ' ἐμοὶ
ἄθλιον Ὀρέστην, εἴ ποτ' εἰς Ἄργος μολὼν
γάμους ἀδελφῆς δυστυχεῖς εἰσόψεται. κτλ.

Primum igitur verecundia quadam sese ait adduci, ut ita faciat, deinde quod deploret Orestem. At cum deplorandi locus quidem sit in infelicis hominis fortuna, in hac causa non decet colonum deplorandi rationem praetendere. Nec solum ipsius rei natura videtur repugnare, sed etiam quod Electra cum Oreste postea communicat v. 255 sqq:

255 *ΗΛ. οὐπώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.*
ΟΡ. ἅγνευμ' ἔχων τι θεῖον, ἤ σ' ἀπαξιῶν;
ΗΛ. γονέας ὑβρίζειν τοὺς ἐμοὺς οὐκ ἠξίου.
ΟΡ. καὶ πῶς γάμον τοιοῦτον οὐχ ἥσθη λαβών;
ΗΛ. οὐ κύριον τὸν δόντα μ' ἡγεῖται, ξένε.

260 *ΟΡ.* ξυνῆκ᾽· Ὀρέστῃ μή ποτ᾽ ἐκτίσῃ δίκην.
ΗΛ. τοῦτ᾽ αὐτὸ ταρβῶν, πρὸς δὲ καὶ σώφρων ἔφυ.

Vides accurate haec concinere cum coloni oratione. Quod de verecundia enim ille v. 45 dixerat, idem v. 257 significat Electra; nec minus haec praedicat illius *σωφροσύνην* v. 261, cuius se studiosum esse ipse v. 52 sq. professus est. Consentaneum est igitur, non debere discordare, quae de Oreste dicantur. Quapropter admodum probabile est, non *στένω* scripsisse poetam v. 47, sed potius:

σέβω δὲ τὸν λόγοισι κηδεύοντ᾽ ἐμοὶ
ἄθλιον Ὀρέστην, κτλ.

Causa autem vitii posita fortasse est in miseri Orestis mentione.

Ut mariti caedem excusat filiae Clytaemnestra haec dicit El. 1020: *κεῖνος δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν Ἀχιλλέως*
λέκτροισι πείσας ᾤχετ᾽ ἐκ δόμων ἄγων
πρυμνοῦχον Αὖλιν·

in quo loco nihil video ab interpretibus offensum esse: nihilo setius non sanam duco sententiam. Etenim non fecit Agamemno, quod fecisse a Clytaemnestra arguitur: non abduxit enim una ille Iphigeniam *(ᾤχετ᾽ ἐκ δόμων ἄγων)*, sed Aulide ipse versatus eam arcessivit; cf. Iph. A. 99 sq.: *γράφας ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ᾽ ὡς γαμουμένην.* Ib. 360 sq. 884 sq. 1356. Apparet igitur, *ᾤχετο — ἄγων* v. 1021 scribere non potuisse poetam. Atque vitium hoc loco idem deprehenditur, cuius Nauckius meminit *Eur. Stud.* I. p. 48. Accidit enim nonnumquam, ut vocabulum unius versus in locum irreperet eius nominis, quod in alterius versus eadem sede collocatum erat. Non mirum igitur, hic quoque *πείσας* delapsum esse ex v. 1020 in insequentem, suoque loco exturbasse vocabulum *παῖδα*, quod tum in relictum locum secederet necesse erat. *ΠΑΙΔΑΟΙΧΕΤΟ* autem nihil est aliud nisi *ΠΑΙΔΑΝΕΙΧΕΤΟ*. Scripseris denique *ἄγειν* pro *ἄγων*, nihil

relinquetur perversi:

κεῖνος δὲ πείσας τὴν ἐμὴν Ἀχιλλέως
λέκτροισι παῖδ' ἀνείχετ' ἐκ δόμων ἄγειν
πρυμνοῦχον Αὖλιν·

h. e. ***ille autem Achillis nuptias praetendens meam filiam domo sustinuit Aulidem ducere***, quibus certe non arguitur Agamemno una abduxisse domo filiam. De infinitivo *ἄγειν* cf. Phoen. 547: *σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον καὶ τῷδ' ἀπονέμειν;* Baehr. ad Herodot. VII, 139. De forma autem imperfecti *ἀνείχετο* cf. Porson. Praef. ad Hec. p. XIX. et Blomfield. ad Aesch. Cho. 735.

Electra nudans scelestam matris voluntatem, foedamque mentis impurae dissimulationem, acerbe addit

El. 1068: *οὐ γάρ, ὡς ἔγωγ', ἴσασιν εὖ,*

quae, cum pronomen *σέ* necessarium esse intellegerent, alii aliter emendare studuerunt. Ac Dobraeus quidem proposuit: *οὐ γάρ σ', ὡς ἔγωγ', ἴσασιν εὖ*, Hartungius autem: *οὐ γάρ, ὡς ἐγώ σ' ἴσασιν εὖ*, Porson. denique: *ἴσασί σ' εὖ*, quod probavit Nauckius. Equidem hoc statuo, si interciderit pronomen, facillime intercidisse post *ὡς*. Quam ob rem scripserim:

οὐ γάρ, ὥς σ' ἔγωγ', ἴσασιν εὖ

aut: *οὐ γάρ, ὥς σ' ἐγῷδ', ἴσασιν εὖ*

cf. Phoen. 716: *ἐγῷδα κείνους*. Med. 39: *ἐγῷδα τήνδε.*

Fragm. 23: *ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,*
ἥ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Levo est quod de his verbis dicam, nec tamen praetereundum. Perperam enim a libris proditum vidatur *ἥ τ' Ἀφροδίτη*, cum non adiuncta sit priori similis sententia, sed posita contraria. Quod vitium ita opinor facillime tollitur, ut pro *HT* scribatur *EIT*,

h. e. *εἴτ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.*

Non raro enim particulae *ἤ — εἴτε* in disiunctione adhibentur, ut Alc. 115: *στείλας ἢ Λυκίας εἴτ' ἐπὶ τὰς ἀνύδρους*

Ἀμμωνιάδας ἕδρας. cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. 178. Klotz. ad Devar. II. p. 537 sq.

Fragm. 36: *γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς,*
δύστηνος ἆρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται.

Qua tandem ratione miser possit appellari, qui mulieri male dicere desistat, prorsus non video. Nec convenienter *δύστηνος* consociatur cum voce *κοὐ σοφός*, quacum coniungi solet *σκαιός*, ut fragm. 658, 2: *ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ γυναῖκας ἑξῆς, σκαιός ἐστι κοὐ σοφός*. cf. Herc. fur. 299 sq. El. 972. Med. 190. 298. Soph. fragm. 700. Crit. fr. 5. Alcman. fr. 20, 2; aut opponitur illi adiectivo *φαῦλος*, ut Hipp. 989. Ion. 834. Phoen. 496. Fr. 162, 2. cf. Schoemann. ad Plut. Agid. 1, 1. p. 70. Wyttenbach. ad Plat. Phaed. p. 214. ed. Lips. Quare aut corruptum est *ΔΥCΤΗΝΟC* ac scribendum *ΑΙCΤΟC (ἄιστος)*, aut statuendum, *δύστηνος* valere hoc loco i. q. *stolidus*, quod *δυστυχής* nonnumquam significare constat; cf. O. Schneider. ad Isocr. Areop. §. 49.

Fragm. 214: *πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς*
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

Quod M. Seyffert. (*Mus. Rhen.* XV. p. 620) in Nauckii coniectura: *ἐσθλῶν ἀπ' ἀμφοῖν* vituperavit, recte is videtur elevasse (*Eur. Stud.* II. p. 79 sq.). Nihilo minus propter ea quae antecedunt: *πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς* subdubito de Nauckii coniectura. Mihi quidem magis arridet:

γάμων ἀπ' ἐσθλῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα,

quod ipsum Heracl. 299. Engerus restituit (*Philol.* XVII. p. 58). Ortum est fortasse librorum vitium ex similitudine aliorum locorum, velut fragm. 76: *ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα, ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα.*

Fragm. 318, 7.

5. *ἀλλ' οὐδὲν οὕτω λαμπρὸν οὐδ' ἰδεῖν καλὸν*
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις

παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος.

Mirum est, in extremis huius fragmenti verbis nihil adhuc offensum esse, cum habeant sane quod non mediocriter displiceat. Quamquam enim ortu liberorum lucem familiae oboriri recte dicitur, praesertim cum lux parentum liberi saepe appellentur, ut Ion. 1439: ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου. Andr. 406: εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου. Theocr. Id. 27, 31: ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας: inest tamen in illis: παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος aliquid inepti, id quod non esset, si παιδὸς νεογνοῦ vel νεογνὸν φάος diceretur. Deinde in verbis πόθῳ δεδηγμένοις sine dubio requiritur eius rei significatio, quae desideratur, ut παίδων cum πόθῳ necessario coniungendum sit, ut Ion. 67 est ἔρωτι παίδων. Iph. A. 431: ἢ πόθον ἔχων θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ ἐκόμισε παῖδα; Nihil enim expedit conferre Suppl. 1088: παίδων τ' ἐραστὴς ἦν πόθῳ τ' ἀπωλλόμην, quoniam παίδων, quod vocabulo ἐραστής adiunctum est, consentaneum est in iis audiri quae sequantur. Neque brevitatem quandam dicendi, qua ex ἄπαισι repetatur παίδων, recte hic statueris, cum παίδων ita collocatum sit, ut ad πόθῳ referre unusquisque prope cogatur. His autem propositis, ad emendationem aggrediar, quae est facillima: νεογνῶν enim, quod antiquitus ΝΕΟΓΝΟΝ scriptum erat, mutandum est in νεογνόν, ΦΑΟΣ autem in ΘΑΛΟΣ. Quod si feceris, cum orationem habebis tum sententiam omni vitio vacuam:

ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις
παίδων νεογνὸν ἐν δόμοις ἰδεῖν θάλος.

Ad confirmandam autem emendationem meam, quae haud scio an semet ipsa satis superque tueatur, haec addo: Iph. Taur. 209: πρωτόγονον θάλος. 232: νέον ἔτι θάλος ἐν χερσὶν ματρὸς πρὸς στέρνοις τ'. 170: Ἀγαμεμνόνιον θάλος. El. 15: θῆλύ τ' Ἠλέκτρας θάλος. Hom. Il. 22. 87. Pind. Olymp. II, 45. VI, 68. Nem. I, 2. Valcken. ad Eur. Phoen. 88.

Fr. 531: *μόνον δ' ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις*
γενναιότητα κἀρετήν· καλὸς δέ τις
κἂν ἐκ πονήρων σωμάτων γένοιτο παῖς

Tametsi admodum incertum est et lubricum de fragmentis iudicium, hanc tamen verisimile est illis verbis contineri sententiam: ***divitiarum copia virtutem non comparari, ac non raro ex paupere femina liberos probos suscipi.*** Quo pertinet illud Pelei Androm. 639 sq: *κύδιστον βροτοῖς πένητα χρηστὸν ἢ κακὸν καὶ πλούσιον γαμβρὸν πεπᾶσθαι καὶ φίλον.* Quod si recte coniectura auguratus sum, pro *ΠΟΝΗΡΩΝ* scribendum esse patet: *ΠΕΝΗΤΩΝ.* cf. El. 372: *ἤδη γὰρ εἶδον — γνώμην δὲ μεγάλην ἐν πένητι σώματι.* Ambigo autem de primo versu, quem Iacobsii coniectura *ἀντὶ χρημάτων* ad sanitatem revocare fere sibi videntur. Fortasse recte; quamquam movent verba mihi suspitionem, gravius vitium latere, quod sic delere mihi videor:

ὄγκῳ δ' ἀμαυρῷ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις
γενναιότητα κἀρετήν·

cf. Plat. Criti. p. 121 in. *διὸ πλὴν ἀρετῆς πάντα ὑπερορῶντες σμικρὰ ἡγοῦντο τὰ παρόντα καὶ ῥᾳδίως ἔφερον οἷον ἄχθος τὸν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ὄγκον,* κτλ. Eur. fr. 822. 2: *δῶμα πλούτῳ δυσσεβῶς ὠγκωμένον.* Neque insolens *ὀξύμωρον* illud *ὄγκος ἀμαυρὸς χρημάτων* i. e. ***vile divitiarum pondus***, quippe quo divitiarum, quibus multum vulgo tribuatur, vilitas atque infirmitas non inepte describatur: cf. Soph. El. 1142: *σμικρὸς ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει*, quod illustratur Euripideo Suppl. 1130: *σποδοῦ τε πλῆθος ὀλίγον.* Addo Men. com. fr. IV. p. 187 (386): *εἰς τὸν ἴσον ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ*, ubi *ὄγκος* *spatium* significat, uti apud Dionys. Halic. de Thuc. iudic. 1, 2: *προελόμενον εἰς ἐλάχιστον ὄγκον συναγαγεῖν τὴν πραγματείαν*, ut nihil opus sit Bentlei coniectura: *οἶκον.*

Fr. 739: *φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο*

ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε.

In hac sententia quid sibi velit φρόνησιν, non intellegitur. Hoc enim cum maxime praedicatur, *ex nobilitate generis summam nasci utilitatem*. Itaque scribendum esse suspicor:

ὅσην ἔχει τ' ὄνησιν ἀξίωμά τε

Vides quantulum *ΤΟΝΗΣΙΝ* discrepet a *ΡΟΝΗΣΙΝ*. *Φ* autem ortum videtur esse oculorum vitio delapsumque e versu superiore in inferiorem. Porro de locutione ὄνησιν ἔχειν vide si placet Med 618: κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. Bacch. 473: ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τίνα; De *traiectione* denique particulae τε cf. Ellendt. Lex. Soph. II. p. 794.

Fr. 1002: τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα· τοῦτο δ' ἀναβλέπει.
Nauckius Meinekii coniecturam τοῦτο δ' ἀμβλέπει ita recepit, ut scribendum tamen putaret: σώματος, τὸ δ' ἀμβλέπει. Difficile sane est, de sententiis his laceris diiudicare, cum quae antecesserint nesciamus; solent tamen eiusmodi dicta ita comparata esse, ut uno versu sententiae summa comprehendatur. Itaque non credo, τοῦτο ad vocem quandam, quae praegressa sit, referendum esse, velut πνεῦμα, quod Suppl. 533 (Mosch. fr. 11. p. 635. N.) contrarium voci σῶμα est; neque vero cur Nauckius σώματος scripserit dispicio. Corpus enim interit, nec quicquam de eo potest dici remanere; vivit tamen animus, id quod eo, quem modo indicavi, loco sic expressum est: ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς, ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν, quibuscum haec licet conferri: fragm. 836, 8—11: χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον πάλιν ἦλθε πόλον. Fr. inc. 961: ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα διοπετὴς ὅπως ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα. Suppl. 1139 sq.: βεβᾶσιν, οὐκέτ' εἰσί μοι πάτερ, βεβᾶσιν· αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη. Itaque Electra dicit El. 59: γόους τ'

ἀφῆκ' αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί. Atque haec quidem consideranti recordantique Sophoclea illa (fr. 855): *εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος*, aptissima mihi visa est haec emendatio:

τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα, νοῦς δ' ἄνω βλέπει

Vocem *νοῦς* autem num recte posuerim, cum possit sane dubitari, dubitationi de *ἄνω βλέπει* nihil opinor loci est. Ipse testis est scholiasta, qui cum scribat: *ἔθος ἐστὶ τῷ Εὐριπίδῃ τῷ βλέπειν χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ ζῆν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ 'τὸ μὲν — ἀναβλέπει'*, vehementer dubito, num verbi *compositi* exemplum afferre et licuerit et ipse voluerit, praesertim cum *ἀναβλέπειν* ne soleat quidem ad vitae lucem transferri. Ac fortasse hoc ipsum Nauckium movit, ut de sententia sua decederet, quem nunc (*Eur. Stud.* II. p. 64) video proponere: *τὸ μὲν τέθνηκε σώματος, τὸ δ' αὖ βλέπει. Ἄνω βλέπειν* autem recte dici viventes, intellegitur id ex Soph. Phil. 1348: *ὦ στυγνὸς αἰών, τί με, τί δῆτ' ἔχεις ἄνω βλέποντα, κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν.* cf. Soph. El. 1167: *καὶ γὰρ ἡνίκ' ἦσθ' ἄνω, ξὺν σοὶ μετεῖχον τῶν ἴσων.* Ant. 1068: *ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω, κτλ.* Hoc postremo addo, non repugnare haec Euripidea Hel. 1015: *ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει ἀθάνατον εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών*, ubi *γνώμην ἔχει* coelestem animi vitam seiunctam illam quidem a corpore exprimit, cum Med. 230 nihil significet aliud nisi *ζῆν*. Illa enim ut vere sint Euripidis, consentanea sunt philosophantis subtilitati, neque quicquam est quo prohibeamur, *ἄνω βλέπειν*, quod supra restitui, ad eandem animi vitam coelestem referre, cum praesertim coelestia hoc ipso adverbio haud raro significentur, cf. Soph. Ant. 1072: *τοῖς ἄνω θεοῖσιν.* Fr. 856, 12: *ἐν θηρσίν, ἐν βροτοῖσιν, ἐν θεοῖς ἄνω.* Eur. Hec. 791: *ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν, οὔτε τοὺς ἄνω δείσας δέδρακεν κτλ.* Fr. 434, 2: *Ἔρως — καὶ θεῶν ἄνω ψυχὰς χαράσσει.* Aesch. Cho. 123: *κῆρυξ μέγιστε τῶν ἄνω τε καὶ κάτω, ἄρηξον, Ἑρμῆ χθόνιε.*

Quae corrupta exstant Fragm. 1008:

δούλοισι γάρ τε ζῶμεν οἱ ἐλεύθεροι,

nescio an emendanda sint:

δούλοισι γὰρ σεσώσμεθ' οἵ γ' ἐλεύθεροι.

De dativo *δούλοισι* cf. Soph. Aiac. 1129: *μὴ νῦν ἀτίμα θεοὺς θεοῖς σεσωσμένος.*

Fr. 1022: *δύστηνος ὅστις τὰ καλὰ καὶ ψευδῆ λέγων*
οὐ τοῖσδε χρῆται τοῖς καλοῖς ἀληθέσιν.

Ad illustranda haec nihil iuvat adhibere, quae sunt apud Aesch. Agam. 620: *οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον*, immo apparet, hanc esse verborum sententiam: „*infelix, qui honesta veraque loquitur, ac non se gerit verbis suis congruenter.*" Tritum est enim illud et pervulgatum apud veteres praeceptum, ne mores discordent cum verbis. cf. Schneidewin. ad Soph. Oed. R. 1409. Fr. adesp. 221: *τῷ λόγῳ μὲν εὖ διέρχει πάντα, τῷ δ' ἔργῳ κακῶς.* 222, 3 sq.: *ὅστις λέγειν μὲν εὐπρεπῶς ἐπίσταται, τὰ δ' ἔργα χείρω τῶν λόγων παρέσχετο.* Soph. fr. 810: *εἴθ' ἦσθα σώφρων κἄργα σοῖς λόγοις ἴσα* [sic enim emendaverim quae corrupta sunt]. *Λέγειν* igitur hoc, de quo agimus, loco idem valet quod Latinorum loqui (cf. Cic. ad Att. IX, 2, 3: *Vixdum epistolam tuam legeram, cum ad me currens ad illum Postumus Curtius venit, nihil nisi classes loquens et exercitus.*) nostrumque „*im Munde führen,*" ac prope abest ab iactationis vi, ut Xen. de Cyri disc. I, 3, 10: *ᾔδετε δὲ καὶ μάλα γελοίως, οὐκ ἀκροώμενοι δὲ τοῦ ᾄδοντος ὠμνύετε ἄριστα ᾄδειν, λέγων δὲ ἕκαστος ὑμῶν τὴν ἑαυτοῦ ῥώμην, ἔπειτ' εἰ ἀνασταίητε ὀρχησόμενοι, μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε.* cf. Wolf. ad Dem. in Lept. p. 371. Burmann. ad Petron. 117. p. 543. His propositis facile intellegitur, Porsonum v. 2 recte correxisse:

οὐ τοῖσδε χρῆται τοῖς καλοῖς κἀληθέσιν,

nisi forte praestat: *τοῖς καλοῖσιν ἤθεσιν*. Neque vero hac emendatione persanatus locus. Scribendum enim v. 1:

δύστηνος, ὅστις τὰ καλὰ κἀψευδῆ λέγων.

De sententia autem non alienum est conferre fr. 838: *αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν, ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν, χρῆται δὲ μή.* Fr. 576, 4. 532. 587. 205, 4 sqq. Philem. com. fr. inc. XL. c. (4, 48). Posidipp. com. fr. inc. VII. (4, 526).

Fr. 1039, 3: *ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος*
ὅ τ' ὄλβος ἔξωθέν τίς ἐστι πραγμάτων.

Sententia quidem est perspicua, corrupta vero sine dubio *τίς ἐστι*, quae speciose correxit Halmius:

ὅ τ' ὄλβος ὡς ἔξωθέν ἐστι πραγμάτων.

Nihilo minus dubium est, num recte emendaverit vir doctissimus, cum non intellegatur, unde *τίς*, quod in libris est, exortum esse videatur. Quapropter sic malo tollere vitium:

ὅ τ' ὄλβος ἔξωθεν τίθησι πραγμάτων.

ΤΙΘΗCΙ enim facile corrumpi poterat in *ΤΙCΕCΤΙ*.

Typis H. Hellwigii.

Index

locorum, de quibus in hoc libello disputatum est.